Apocalypſis ſignacula dicta ſunt. Nimi
rum qꝛ vt littere muniuntur ſigillis/ne
prius ab aliqbus legi queãt/qꝫ ab eo cui
cõmiſſe ſunt prebeat facultas: ita ne ar/
chana prioris teſtamẽti vſqꝫ ad aduẽtuꝫ
chriſti nudarent ꝯſilio hiſtoriarum ſup/
ficies/ſpirituales contegerat intellectus.
¶ Primum etenꝫ bellum exortum eſt Exod. 14
in egyptum/pſequẽtibus egyptijs iſrae/
lem:qd tñ deus omnipotẽs maris rubri
pelagis terminauit. ¶ Scdm ſucceſſit Joſue. 12
in terra cananeoꝝ/iam eis per Joſue tra
dita terra in poſſeſſionem/cõſligentibus pmi Reg.
cõtra eos gentibus:⁊ precipue philiſtei
arte preliandi

arte preliandi doctiſſimus:de quibus in
Exodi. 13 exodo ſcriptum eſt. Cum emiſiſſet Pha
rao pplm non eos duxit deus per viam
terre philiſtijm/que vicina eſt/reputans
ne forte peniteret eum:ſi vidiſſet aduer/
ſum ſe bella cõſurgere ⁊ reuerteretur in
pmi reg. egyptum. ¶ Preliatuꝫ eſt ergo cũ phi/
4. c. liſteis multo tpe:qui ⁊ tam viriliter di/
Ut. ſ. 5. c. micabãt:vt etiam pmittẽte deo caperẽt
archam federis dñi:⁊ eam lꝫ nõ im une
diebus aliquot in ſuis phanis haberent
Ut. ſ. 4 maxima multitudine filioꝝ iſrael iterem
pta. Multo etenim tẽpore preualere p/
Ut. ſ. in miſſi ſunt:precipue in diebus Hely ⁊ in
multis ca/ diebuſ Saul:haud dubium qꝙ exigẽtib⁹
pitulis. culpis filioꝝ iſrl pro qbus ⁊ relicti ſunt
a dño poſt obituꝫ Joſue vt eſſent eis qꝫſi
pmi reg. 1 ſudes in oculis eoruꝫ infixe. Uerũtamen
qꝛ ab ortu Samuelis tertium ſignaculuꝫ
initiatum eſt:ſic bella philiſtinoꝝ ad fi/
nem ſecũdi ſignaculi ptinere dicimuſ:vt
multo ampliuſ ad tertiuꝫ ptinere noſcã/
tur. ¶ Ad tertiam nãqꝫ tribulationem
magis qꝫ ad ſcdam referendum eſt illud
Eſaie. 9. Eſaie ꝓphete. Uertit ſyriam ab oriente/
philiſtijm ab occidẽte:⁊ deuorabit iſrael
In libris toto ore. Et prius ergo ⁊ poſterius ſyri ⁊
Regum. philiſtijm ꝯtra iſrael ⁊ iudam ſatis ptina
citer pugnauerũt. Licꝫ vt iam dixi ad ſi/
gnaculum tertium magis qꝫ ad ſcdm p/
tineat concertatio iſta:qꝛ ⁊ ſi ſub illo in/
choata eſt/tñ magis preualere pmiſſa/cũ
magis filij iſrael ⁊ iuda eleuati reguꝫ ſu/
qrti Reg. perbia regi humiliuꝫ precauerũt. Et ſciẽ
13. 17. ⁊ dum qꝙ impetus ſyroꝝ magis infeſtabat
alibi. iſrael qꝫ iuda:qꝛ magis iſraeli qꝫ iude vi
cinitatis ꝯſinio iungebantur. ¶ Longa
eniꝫ ꝯcertatio facta eſt iter ſyros ⁊ filios
Et quarti iſrael/multiqꝫ filioꝝ iſrael ꝓſtrati ſunt co
Reg. vbi ram ſyris ſm qꝙ ſcriptum eſt in 4°. ca. 13
ſ. ⁊. ſecũ/ libri regũ volumine. Iratus eſt furor dñi
di pal. 16. cõtra iſrael:⁊ tradidit in manus Aſaelis
regis ſyrie ⁊ in manu Benadab filij aſae
lis cũctis diebus. Miſertus eſt tandem
eoꝝ ꝓpter reliquiaſ electoꝝ ſuoruꝫ/ſicut
qrti Reg. in ſequẽtibus dicitur. Uidit dñs angu/
13. ſtias iſrael/qꝛ attriuerat eos rex Syrie:⁊
dedit dñs iſrl ſaluatorem:⁊ liberatus eſt
de manu regis ſyrie. Et poſt aliqua. Ui/
dit dñs afflictionem iſrael amarã nimis: qrti Reg.
⁊ qꝙ ꝯſumpti eſſent/⁊ nõ eẽt qui auxilia/ 14.
retur iſrael: nec locutus eſt dñs vt dele/
ret nomẽ iſrael ſub celo:ſed ſaluauit eos
in manu Hieroboam filij Joas. Hac qꝫ
breui pace poſt tot ſui detrimẽta trãſacta
ſecuta eſt validiſſima aſſyrioꝝ procella:
que reliquias decem tribuũ compulit ad qrti Reg.
ruinam:⁊ velut abyſſo multa in momẽ 17. c.
to vallauit. Relicta eſt tribu iuda in qua
Dauid poſteritas impabat:quam tñ rex qrti Reg.
babylonis qnto quaſi prelio debellando vltimo.
ꝯtriuit. ¶ Sextum ⁊ ſeptimũ prelium/
duo. vꝫ. ſub vno tpe ⁊ ſub eodeꝫ ſignacu/
lo directa ſunt ꝯtra filios iſrael poſt trãſ/ Judith. 13
migrationem babyloniſ/quo tpe ⁊ baby ⁊ Heſt. 7.
lon quoqꝫ illa iclita pcuſſa eſt a rege me/
doꝝ. Et ſic ceſſantibus prelijs iudeoruꝫ
ceſſauerũt pariter ⁊ hiſtorie:⁊ quẽadmo
dum reqeuit dñs die ſeptimo ab omni
ope qd patrarat:ita ⁊ ſub ſeptimo ſigillo
prelia filioꝝ iſrael ſimul ⁊ ſcribẽdi labor
ſtudiumqꝫ ceſſaret. Sane machabeoꝝ li
bri/qui nõ longe ante aduẽtum dñi ſcri/
pti ſunt/nõ habent in canone ſcriptura/
rum:nõ qꝙ tribulatio illa caſualiter acci/
derit:⁊ quaſi nõ requirat aliqd ſimile in
tpe ſuo:ſed vt ab illis ſeptem preſcriptis
prelijſ diſtincta eſſe monſtrentur/vtpote
qꝫ cum illis nihil cõſtat habere cõe. At
de hoc in ſequẽtib⁹. Sed fruſtra que ac/
ciderũt primo parenti ⁊ natis eius circa
originẽ mũdi ⁊ ſeculo originali in dieb⁹
Noe ⁊ ſodome ⁊ gomorre/i dieb⁹ habraã
⁊ his ſimilia:necnõ ⁊ gẽtiuꝫ bella habi/
ta cum filijs iſrael enumerãdo ꝓſtrinxi/
mus/que antiquo ꝓphetarum vaticinio
ſeu ẽt inſpirato diuinitus agiographoꝝ
ingenio ſolẽni toto orbe memorie tradi/
ta etiam puerulis inoteſcũt:niſi alia atqꝫ
alia geſta ptinentia ad nouuꝫ teſtamẽtuꝫ
hoꝝ ſimilia eſſe itimare curemus. Sicut
enim arbor quelibet fruſtra ſolũ radici/
bus ſtringit/niſi ramis excreſcẽtibus le/
uem penetret aerem:ſic illius populi ge/
ſta incaſſum ſpũ ſancto ꝯſcripta fore te/
ſtamur:atqꝫ vt ſacra dei myſteria vene/

Universidad de Deusto Biblioteca



rantes amplectimur/niſi in eis ſpiritua/
lia q̄dam eē preſignata credamus. Quia
vo ſicut celum diſtat a terra ⁊ pēnata ani
malia ab his que terreſtia dicta ſunt: ſic
inter teſtamēti veteris dignitate ⁊ noui:
⁊ iter corpales ⁊ ſpūales ꝯflictus nō pua
dr̄ia eſt:ea ipſa neceſſitate qua huc vſq̄
terreſte iter pgimus/terenuʒ ꝑſecuti pa/
rētem/amodo cū celeſti volare altius co/
gimur:⁊ pēnatoꝝ aereos imitari volat⁹.

℄ Explicit liber primus

℄ Incipit liber ſecundus. Capi. ꝑmuʒ.

prime ad Coꝛ. 15. PRimus hō vt ait Apl̄s de
terra terrenus. Scd̄s ho
mo de celo celeſtis. Qua/
lis terrenus tales ⁊ terre/
ni:⁊ qualis celeſtis tales
⁊ celeſtes. Sicut poꝛtauimus imaginem
terreni/poꝛtemus ⁊ imaginem celeſtis.
Cum eſſemus vt paruuli/cogitabamus
prime ad Coꝛ. 13. vt paruuli. Qn̄ aūt facti ſumus viri/eua
cuemus ea que paruuloꝝ ſunt. Si enim
de numero illoꝝ ſumus/qui relicto in/
choationis chꝛiſti ſermone ad pſectionē
ferunt:tales nos exhibeamus quales eē
prime ad Coꝛ. 14. optat ille q dicit. Nolite pueri effici ſen/
ſibus:ſed malitia paruuli eſtote/ſenſibus
aūt pſecti. Tales nos exibeamus/quales
Ibidē. 2. ſunt hi de qbuʒ dicit:ſapiam loqmur in/
ter pſectos:nō quales erāt illi qbus ait:
Ibi. c. 3. Nō potui loqui vobis quaſi ſpūalibus/
ſed quaſi carnalib⁹ tanq̄ʒ paruulis in xp̄o
lac vobis potuʒ dedi nō eſcam. Raptus
ſecūde ad Coꝛ. 12. Paulus vſq̄ʒ ad tertium celū/audiuit ar
chana v̄ba/que non licʒ hoi loq. Quare
nō licʒ hoi loq archana v̄ba que audita
ſūt in tertio celo/niſi q: ſpūalia ſunt:⁊ nō
poſſunt capere ea hi quos hoies vocat
prime ad Coꝛ. 3. dicēs. Cum eniʒ ſint iter vos ȥelus ⁊ cō
tentio/nōne carnales eſtis/⁊ ſm̄ hoiem
Eadē epiſto. 2. ambulatis. Aialis quippe homo/vt ipſe
ait/nō pcipit ea que ſunt ſpūs dei. Stul/
titia eſt enim illi ⁊ nō pōt intelligere ea/
q: ſpūaliter examinanf. Quid ergo exer
ces oculos ad elementa mura? Exterge
mentis oculos a pulueribus terre:relin
que tumultuātes turbas/ſtrepitūq̄ʒ ver/
boꝝ/ſequere angelum in deſertū in ſpiri
tu:aſcēde cum eodem angelo in mōtem
magnum ⁊ altuʒ:⁊ ita poteris videre al/
ta ꝯſilia/abſcondita a diebus antiquis/⁊
a gn̄ationibus ſeculoꝝ. Et vocem (inqt
Ioānes) pꝛimam quā audiui dicentem.
Veni ⁊ aſcēde huc. Et vt oſtēderet ipſe/ Apoc. 4.
met quid aſcēſus ille deſignet/adiecit ⁊
ait. Et ſtatim fui in ſpū. Inter cetera vo
ſacra myſteria que oculis ſpūalibus con
templatus eſt. Vidi (ait) libꝛum ſcriptuʒ
intus ⁊ foꝛis ſignatum ſigillis ſeptem:⁊
vidi angelum foꝛtē predicare voce ma/ Apoc. 5.
gna. Quis eſt dignus accipere libꝛum/⁊
ſoluere ſignacula eius. Et nemo (ait) po/
terat aperire libꝛuʒ/neq̄ʒ videre illuʒ. Et
adiecit. Et ego flebam multū:qm̄ nemo
dignus inuētus eſt aperire libꝛum/neq̄ʒ
videre illum. Et vnus de ſenioꝛibus di/
xit mihi. Ne fleueris. Ecce vicit leo de
tribu iuda radix dauid aperire libꝛum ⁊
ſoluere ſeptem ſignacula eius. Habemus
igif victoꝛem qui aperuit libꝛuʒ. Habe/
mus leonē de tribu iuda:qui ſoluit ſeptē
ſignacula eius. Iam ergo nuda ⁊ aperta
ſunt oia:vera claritas eius qui aperuit li
bꝛum/trāſiens de gēte in gētem illuſtra/
uit appoſitas regiones:⁊ luſtrās vniuer
ſa in circuitu pambulauit:⁊ puenit vſq̄ʒ
ad fines terre. A ſūmo celo egreſſio eiuʒ/ Pſal. 18
⁊ occurſus eius vſq̄ʒ ad ſūmuʒ eius:nec
eſt qui ſe abſcondat a caloꝛe eius. Nō eſt
quicq̄ʒ durum/nō eſt quicq̄ʒ aridum aut
difficile/dūmodo pꝛopitius ipe ſit:qui ſi/
cut in eodē libꝛo teſtatus eſt/aperit ⁊ ne/
mo claudit:claudit ⁊ nemo aperit:abſcō Apoc. 5. Math. xi
dens a ſapientibus ⁊ pꝛudētibus verba
vite/⁊ reuelans ea paruulis:vt oēm phi
loſophice ſupſtitionis vanitatem exclu/
dat:⁊ diſcat omnis mūdus ſubdituʒ eſſe
deo. Nunc autē quātum ipſe dederit ad
perfectionem feramur: ⁊ qbuſdaʒ quaſi
aquile pēnis aſſumptis/ad ꝯtemplanda
opera dn̄i exquiſita in omnes volunta/
tes eius. A terrenis itineribus ad ſupe/
rioꝛa leuemur. ℄ Non enim poſſumus Terreis qdem iiſtit q dic̄ chꝛiſtū habuiſ
imitari nouuʒ ⁊ celeſtem hoiem:qui ſm̄
deum creatus eſt/⁊ refoꝛmari ad imagi/
nem eius:



ſi ꝑpꝛium in hoc mūdo. Dic ē iudeus q' iā meſſiaʒ adoꝛat veniſſe ⁊ ſuſcepiſſe regnuʒ in rerum abundantia ⁊ gloꝛia.
nem eius:ſi nō deſiſtimus ſequi eum qui
de terra eſt:q terrena ſapit ⁊ terrenis in/
ſiſtit. An foꝛte dicturus eſt mihi iudeus.
Ego nō ſequoꝛ terrenuʒ hoiem quē pec
caſſe ꝯſtat in paradiſo:ſed obedio Moy
ſi/quem ſcio eſſe verū/iuſtuʒ/pium/⁊ ſan
ctum:virum ꝓbatiſſimum ⁊ amicū dei?
Sed qui ſciebat duritiam coꝛdis eoꝛum
qui terreni erāt adhuc pro tp̄e pꝛomiſit
eis multa que non decet ſanctos:ꝓmiſit
Exodi. 3. ⁊. 13. ⁊ Deut. 6. Iob. 21. ⁊ Hier. 12. Abac. p°
non celeſtia ſed terrena/tempoꝛalia non
eterna. Ergo ne pro terrena patria fun/
dēdus eſt ſanguis: ⁊ vt longo viuamus
tempoꝛe ſeruiēdum eſt deo. Quid ergo
videmus viros neq̄ʒ ꝓſperari in mūdo/
oppꝛimi pios ab ipijs/iuſtos ab iniuſtis
ambulātes in equitate ab his qui apoſta
tanf a deo/⁊ ſequunf nequitiam coꝛdis
ſui? Ut enim pauca de multis pſtringen
do tangamus/ſi pro iuſtitia ſua Habraā
patriarcha multiplicat⁹ eſt in ſemine car
Queſtio nis. Quare in ſingulis regionibus mun
di tā multiplicati ſunt filij Adam in gē/
tibus incredulis/⁊ nō obediētibus deo?
Ad hebꝛ. xi. c. Si pꝛo munere credulitatis eius datum
eſt ei vt reges egrederenf de lumbis ei⁹:
nunqd nō merito paganoꝝ filij preferre
potuere numina idoloꝝ ſuoꝝ/qui colen
tes ⁊ ſeruientes eis etiam in toto mūdo
imperaſſe noſcunf. Nunc enim ſi ſm̄ car
nem pgere opuʒ eſt/equare qs poſſet glo
riam ſaulis/gloꝛie Nabuchodonoſoꝛ re/
gis/aut Salomonis licʒ magni ⁊ incliti
Heſter. 1. ⁊. 8. ⁊. 16 Mach. 1 Luce. 2. Exo. 14. ⁊. 32. Nū. 14. ⁊ Deut. 1
Aſſueri/qui impauit ſup centum vigin/
ti ⁊ ſeptem ꝓuincijs:vel certe Alexādri
magni ⁊ Octauiani auguſti? Si ſub hac
vita tm̄ ſpantes ſumuʒ. Quid ꝓfuit filijs
iſrael egreſſis ex egypto coꝛruentibus in
deſerto:qd̄ filij eoꝝ ingreſſi ſunt in ter/
ram illam/lacte (vt dicif) ⁊ melle manan
tem. Sed pꝛo peccatis (inquiūt) ſuis ab/
ſoꝛti ſunt:eo ꝙ nō eſſent digni obtinere
q̄rti Reg. vltimo. ⁊ ſcd̄i pal. vltimo. Eccl. 3.
ꝓmiſſa. Fatemur ⁊ nos. Sed quaſi p tot
annos data eſt terra ipſa gētibus nō ſer/
uantibus legem dei:neq̄ʒ obtēperantib⁹
Moyſi ſeruo dei? Oēs ſicut moꝛiuntur
iſti/ita ⁊ illi:⁊ vnus eſt vt ait quidam in/
teritus hoium ⁊ iumentoꝝ? Quid ergo
iubētur ſeruare pꝛecepta legis/vt longo Exo. 20. ⁊ Deut. 5
viuant tempoꝛe ſup terram. Hec ⁊ ſimi/
lia opponētes chꝛiſtiani/non inuenietes
exitum in Moyſe ꝯferūt ſe ad ꝓphetas/
qui ſibi ꝓmittūt reſurrectionē futuram.
Ad qd̄ ipſi. Si tam exilis eſt pꝛomiſſio Eze. 37. ⁊ Oſee. 13.
Moyſi cōparatione ꝓmiſſionis huius ⁊
ſimiliuʒ:quas ꝯſtat factas eſſe per ꝓphe
tas tam longe poſt obitū moyſi:nec ſuffi
ciens eſt ad r̄ſionem/nec digna relatio
tempoꝛalis illius vite ꝓmiſſio:ꝓpter ea
que de ꝯtra obiecta ſunt:qd ſi eo modo
veniens chꝛiſtus/poſt ꝓphetas aliud ſab
batuʒ eſſe docuit/longe dignus eo ꝙ ſin/
gulis ebdomadibus obſeruabant iudei:
qūo aliam vitam ꝓmiſere ꝓphete/q̄ʒ ea
quā vere ꝓmiſerat Moyſes obſeruanti/
buʒ legem. Qꝫ ſi aliam circūciſionem/vel Ad gal. 5
abſtinētiam cibi Paulus? Qꝫ ſi aliaʒ hie ad Ro. 14
ruſalem Ioānes illā vtiq̄ʒ quā dicit Apo ⁊ p̄me ad Coꝛ. 8.
ſtolus ſurſum eſt que eſt mater nr̄a? Nā Apoc. 21.
ſi iſta que deoꝛſum eſt hieruſalem/ciuitaʒ ad Gal. 5
reuera iuſtoꝝ eſt ⁊ mater credētiuʒ/qūo
in ea regnaſſe impij/iuſti/⁊ inocētes vi/
ri interfecti legunf? Quid aūt de ſitu lo
ci aut de copia lactiʒ ⁊ mellis dicturi ſūt Exodi. 3.
cum fertilioꝛ ſit ea terra egypti/de qua p
multos laboꝛes ⁊ erūnas educti ſunt/vt
ad iſtam venirēt? Reſtat ergo vt fateanf
veram eſſe ſentētiam illam Apoſtoli qua
dictum eſt:littera occidit/ſpūs aūt viui/
ficat. ℄ Sed ⁊ nos qui cum eſſemus no ſecūde ad Coꝛ. 3.
uiſſimi/facti ſumus gratia ꝑmi tanq̄ʒ cō
ſecuti gratiam/ſpiritui magis q̄ʒ littere Math. 19
obtēperare debemus/euntes de claritate Mar. x. ⁊
in claritatem:ac ſi de pꝛimo celo ad ſecū/ Luce. 13.
dum/de ſcd̄o ad tertium/ac ſi de loco te/
nebꝛoſo ad claritatem lune:vt demuʒ de
claritate lune ad maiuʒ luminare pueni/
re poſſimus. Erat aūt locus tenebꝛoſus
⁊ quaſi celum obſcurū vetus illud teſta/
mentum/qd̄ littera dictū eſt:nihil habēs
in ſe caloꝛis/nihil luminis/excepto ꝙ ꝓ/
phete viri iuſtiſſimi ſub eo multiplici/
ter dati ſunt/qui habētes in ſeipſis ſpūm
dei/eſſent quaſi quedam luminaria in ca
liginoſo loco:aut certe velut clara celi ſy
dera in caligine noctis. Sed quanta eſſe

Universidad de Deusto Biblioteca



poteſt lux illa volẽtibus operari? Secu/
tum eſt aũt tempus gratie vt pãderetur
ſcd̃m celum:vt condereƚ teſtamẽtuꝫ no/
uum/velut in claritate lune apparẽte be
Ad tit. 3 nignitate ⁊ humanitate ſaluatoris noſtri
dei/qui nos ineffabili ſacramẽto illumi/
nauit per ſemetipſum/ꝓmittens nobis
adhuc maioꝛa in ſpiritu ſancto:q: dignũ
Nõ bene. non erat vt talia poſſet humanitas eius
ſuggere lingua carnis/qualia ſpiritus ille
ſanctus qui ꝓcedit ab ipſo. Reuera eniꝫ
prime ad alia claritas ſolis/alia claritas lune/alia
Corin. 15. claritas ſtellarum:q: aliter poteſt docere
deus/al'r ſm q̄ hõ eſt/lingua carnis/me/
diatoꝛ dei ⁊ hoiuꝫ homo chꝛiſtus Jeſus:
aliter ꝓphete qui eius p̄curſoꝛes fuerũt.
Quocirca vt ad primũ celum ꝑtinet te/
ſtamẽtum vetus/in quo agitur ſp̃aliter
de ꝓpagine filioꝛuꝫ Jacob:eoꝝ.ſ.qui ſm
carnem nati ſunt. Jta ad ſcd̃m ꝑtinet te/
ſtamẽtum nouuꝫ/in quo agiƚ de ꝓpagi/
ne electoꝝ dei:qui nati ſunt ad iuſtitiaꝫ/
regñati vtiq; ex aqua ⁊ ſpũ ſancto. Cer/
te ſi vtriuſq; populi cõſiderare differen/
tiam libet/que putas mens humana ↄſi/
derare ſufficit q̃ꝫmaioꝛis dignitatꝭ eſt eẽ
filios dei q̃ꝫ filios iſrael:maxime cuꝫ na/
tiuitas illa ſine peccato eſſe nequeat:iſta
ſine iuſtitia eſſe non poſſit? Credidit (ait
Geñ. 15. ſcriptura) Habraam deo:⁊ reputatuꝫ eſt
ad Ro. 4. illi ad iuſtitiam. Qd̃ ſi fides habꝛae repu
⁊ ad Gal. tata eſt ad iuſtitiam/liquet q̄ fides eoꝛuꝫ
3. qui credẽtes baptiçanƚ in chꝛiſto reputa
ta ſit illis ad iuſtitiam. Multum ergo di
ſtat inter vtrũq; celuꝫ/multa iter vtrũq;
teſtamẽtum differẽtia eſt. Differunt ſane
vtriuſq; natiuitates:differũt vite : diffe/
runt bella:differũt ⁊ victoꝛie. Jlli enim
ex carne:iſti vt iam dixi ex aqua ⁊ ſpũ na
Joan. 3. ti ſunt. Jlli faciebãt vxoꝛibus libelluꝫ re/
Deut. 24. pudij/⁊ ſimul habebãt qd̃ volebant. Jſti
Ad ephe. in typo chꝛiſti ⁊ eccleſie ſinguli ſingulas
5. teneri iubenƚ:quas etiam nec dimittere
licet/niſi ob ſolam cauſam foꝛnicationis.
Matth. 5 Jlli pꝛo terrenis poſſeſſionibus pugna/
uerunt/ſiue vt obtinerẽt terras nõ ſuas:
ſiue ne iniam ſuis cedere hoſtibus vide/
rẽtur:iſti nõ tam pꝛo terra aut qualibet

terrena ſubſtãtia/ſed pꝛo ſancte libertate
eccleſie ⁊ ſalute ſpirituum ſuoꝝ pꝛeliaſſe
noſcunƚ:iuxta illud qd̃ per Joãnem di/
ctum eſt. Si deus pꝛo nobis aiam ſuam pᵉ Joan. 3
poſuit:⁊ nos debemus pꝛo fratribꝰ aias
ponere. Certe vidimus ex parte q̄d diffe
rat iter vtrũq; celuꝫ. Sed nõ q: ſm ope/
rum tante eſſe nouimus dignitati/iccir/
co dicimus eſſe in eo finem ꝑfectionis.
Et vbi eſt illd̃ qd̃ iam renatis in chꝛiſto
impꝛobat Paulus:vocans illos hoies ⁊
aiales/⁊ q̄bus lac opus eſſet nõ ſolidus
cibus:dicẽs aialem hoiem nõ percipere
que ſunt ſpũs dei. Reſtat ergo vt in ter/ prime ad
tio celo finem ꝑfectionis noſtre poſitum Corin. 2.
eſſe itelligamus:celo vtiq; ſpũalis intel/
ligẽtie que de vtroq; teſtamẽto ꝓcedit:
de quo nõ eſſe loci huius differere/ipſa/
met de qua eloquimur/auctoꝛitate apo/
ſtolica edocemur:que pꝛius nos iudicat prime ad
educandos eſſe lacte tanq̃ꝫ paruulos in Corin. 3.
chꝛiſto:vt tandem ad cibum ſolidum ꝑ/
uenire poſſimus. Uerum illud cum do/
nauerit deus. ¶ De duobuſ aũt teſtamẽ
tis que infra ſunt ea que cepta ſunt exe/
quamur:ita tñ vt ſedẽtes adhuc in poꝛ/
tu ad euitãdas ſirces ⁊ bitalapſus note/
mus diligẽter exitus maris:qui plerũq;
moram facere nauigãtibus ſolẽt:vt quo
citius ab huiuſmodi nodis expediti fue/
rimus/eo libertoꝛi curſu trãſfretare pꝛo/
fundum:⁊ ad poꝛtũ ſalutiferuꝫ ꝑuenire
poſſimus. Ualde eniꝫ itinera iſta diffici/
lia eſſe docebat pſalmiſta/qñ ei qui ꝑam/
bulare noluit illa ↄfitebatur dicens. Jn
mari vie tue/⁊ ſemite tue in aquis mul/ Pſal. 76
tis:⁊ veſtigia tua nõ cognoſcetur. At ne
quis deſperaret de trãſitu/⁊ abiret retro
adiecit ⁊ ait. Deduxiſti ſicut oues popu/
lum tuũ in manu Moyſi ⁊ Aaron. Tale
eſt enim ac ſi dicereƚ. Jncognita ſunt q̄/
dem itinera hec hoibus:ſed tamẽ electiſ
tuis nota feciſti ea. Abſcõdiſti ea a ſapiẽ/ Math. xj
tibus ⁊ pꝛudẽtibus:⁊ reuelaſti ea paruu
lis:de quoꝝ numero erat vtiq; Moyſeſ
qui ducebat populuꝫ dei per incognitas
vias : vtpote qui erat mitiſſimus/vt ait Nũ. 12.
ſcriptura/ſup oẽs hoies qui moꝛabãtur
in terra



in terra. Sed nobis exoꝛandus eſt ille ve
rus ⁊ vere mitiſſimus Moyſes:qui cuꝫ
eſſet magnus potẽs ſup oia deus/factus
eſt paruulus ꝓpter paruulos dicẽs:his
Math. xj qui ſibi adheſerãt diſcipulis ſuis. Diſci/
te a me q: mitis ſum ⁊ humilis coꝛde:vt
ipſe digneƚ eſſe itineris/nr̃i comeſ qui ſo
lus habet clauẽ dauid:qui ſolus nouit i/
troitus ⁊ exitus viarũ ſuarum:qui ſolus
Joan. 10. dicere potuit Ego ſum oſtium:per me ſi
q̄s introierit ingredietur ⁊ egredietur/⁊
paſcua iueniet. Jgitur ⁊ſi in mari vie/⁊
veſtigia greſſuũ eius difficilia nimis:ad
cognoſcẽdum tñ ea magna nobiſ fiducia
data eſt ab ipſo qui dicit. Uos auteꝫ dixi
Joan. 15. amicos:quia oia quecũq; audiui a patre
meo nota feci vobis. Si auteꝫ nota fecit
que audiuit a patre ſuo : qũo incognita
veſtigia eius? Sed notãduꝫ q̄ aiali ho/
prime ad mini incognita ſunt:nequaq̃ꝫ ſpũali qui
Corin. 2. accepit ſpũm rimãtem oia etiam ꝓfun/
da dei. Jnde eſt q̄ Paulus cuꝫ ꝑmulta
diſputaſſet de itineribuſ dei:⁊ nota feciſ/
ſet ſacramẽta eius abſcondita a ſeculis ⁊
gñationibus/ↄſiderans qũo celauerat il/
la deus aialibus hoibus teſtamẽti pꝛioꝛiſ
Ad Ro. adiecit ⁊ ait. O altitudo ſapie ⁊ ſcie dei
xj. q̃ꝫ incõpꝛehenſibilia ſunt iudicia eius ⁊
inueſtigabiles vie eius. Jam ergo cõpꝛe/
hendebat qui dicebat hec ipſa vel ex par
te iudicia. Jam ꝑambulabat vias eiuſ in/
ueſtigabiles qñ iſta dicebat:⁊ mirabaƚ q̄
ipſe veſtigare poterat:q̄ tunc vſq; nõ po
terat veſtigari:vl' certe q: adhuc ſuperat
q̄ nequeat moꝛtalis homo in hac vita ri
prime ad mari. Sic eni ait ipe in alia epl'a. Ex par
Corin. 13 te enim cognoſcimus/⁊ ex parte ꝓphe/
tamus. Cum aũt venerit qd̃ ꝑfectum eſt
euacuabiƚ qd̃ ex parte eſt. Dixit aũt hec
Apl's eo tpe quo pꝛimum ſignaculuꝫ ce/
perat aperiri:nõ tam ꝓpter ſe/vt ego ex/
timo qui vnus erat eoꝝ qui acceperant
pꝛimitias ſpũs a deo ſuo : q̃ꝫ pꝛo eis qui
ante tẽpus ad ſciẽtie plenitudinem aſpi/
rabant . Si enim pꝛeſto eſſet illa ꝑfectio
quã futura eſſe pꝛedixit:q̄d opus eſſet h̃
ipſa ſcribere/qñq̄dem illis ſcriberet qui
oia ſcirẽt? Quia v̄o enigma ipſum multi/

plex eſt nec repente ſublatum:ſed paula/
tim per tp̄a ſciſſum eſt. Scripſit ipſe/ſcri
pſerũt ⁊ alij:⁊ huc vſq; ſcribẽdi ſtudiuꝫ
ↄſumatuꝫ nõ eſt:quouſq; ſe infundat hu prime ad
manis mẽtibus ille qui reuelabit abſcon Corin. 4.
dita tenebꝛaruꝫ/⁊ manifeſtabit ↄſilia coꝛ/
dium. Jnterim ⁊ſi indigni: Joãnis tamẽ Matth. 3
Baptiſte imitatoꝛes eẽ debemus:qui tã/ Mar. 1.
diu baptiçauit in aqua/quouſq; veniret Luc. 3. ⁊
ille qui baptiçaret in ſpũ. Conſtruẽdum Joan. pᵒ
eſt nobis cuꝫ Helya altare de terra ipſa: Nõ de cõ/
terra collocanda inferius:vt aqua deſup ſtructione
locari queat:expectãtibus nobis ignem altaris.
de celo/q ↄſumat terraꝫ ⁊ aquã/expectã/ tertij Reg.
tibus ſpũalem itellectuꝫ/q terrenam illã 18.
ſupficieꝫ lr̃e que de terra eſt ⁊ de terra lo
quiƚ euacuando ↄſumat:⁊ nihilominus
euãgelicam doctrinã deſignatam hic in
aqua lambẽdo cõmutet:ſm q̄ aqua illa ſcd̃ Macha. pᵒ
craſſa/quã poſuit in altari Neemias ſa/
cerdos/ↄuerſa eſt in ignẽ:aut ſicut in ca/ Joan. 2.
na galilee aqua hydriaꝝ cõmutata eſt in
vinuꝫ. Et hoc quare? vt caro que iterpo
ſita eſt ↄſumpta vſq;quaq; õficiat:vt ois
carnalis intelligentia a facie ſpũs inane/
ſcat. Opꝫ inquam nos in hoc ope/altare
teſtamẽti pꝛioꝛis pꝛo dono oipotẽtis dei
oꝛdinate componere/fundẽtes ⁊ ſtatuen
tes deſup aquaꝫ teſtamẽti noui:vt aliud
inter aliud/ac ſi rota infra rotam ineſſe ꝑ
cõcoꝛdiam videaƚ. Jnuiſibilem aũt ſpiri
tum ignem ſuũ ſpũalem/veluti de tertio
celo dirigere:vt veniente qd̃ ꝑfectum eſt prime ad
euacueƚ qd̃ eſt ex parte. Et q: ſunt non/ Corin. 14
nulli qui hoc ipſum putãt eſſe cõcoꝛdia
qd̃ ſpũale intellectum/qui ꝓpꝛie di alle/
goꝛia. Pꝛimo neceſſe eſt vt oñdamus q̄d
diſtet iter ↄcoꝛdiam ⁊ allegoꝛiam:vt duꝫ
ſingulis pꝛo locis ſuis/ſua ſingula reddi/
mus:liberis hincinde meatibus patẽti/
bus riuis ſuis/abſq; malo difficultatis
obſtaculo/ad finem huiuſ operis feſtina/
nare poſſimus. Capl'm 2ᵐ.

Oncoꝛdiam pꝛopꝛie eẽ dicimuſ Quid ſit
ſimilitudinem eque ꝓpoꝛtionis Cõcoꝛdia
noui ac veteris teſtamenti:eque
dico quoad numerũ/nõ quoad dignita/
tem:cuꝫ. vꝫ. ꝑſona ⁊ ꝑſona/oꝛdo ⁊ oꝛdo/

Universidad de Deusto Biblioteca

bellum ⁊ bellũ ex parilitate quadam mu
tuis ſe vultibus intuent̾:vtpote Abraã
⁊ Zacharias/ſarra ⁊ Eliſabeth: Iſaac ⁊
Nũ' p°. ⁊ Ioãnes baptiſta/⁊ homo Ieſus ⁊ Iacob.
Gen̄.29. Duodecim patriarche/⁊ numeri eiuſdẽ
⁊.30. apoſtoli:⁊ q̄libet ſimile:qđ totum vbi/
Math.x cũq; occurrerit/nõ pro ſenſu allegorico
⁊ Lu.9.⁊ ſed pro ꝯcordia duoꝝ teſtamẽtoꝝ facere
Mar.6. certum eſt:vnũ vero ſpũalem intellectũ
ex vtroq; ꝓcedere. Sunt enim ſi ſane ſa/
pimus/duo ſignificãtia vnũ ſignificatũ
oſtẽdentia nobis qui credimus in deum
viuũ/vnũ eẽ patrem/ad quem ſpãliter
ꝑtinet vetus teſtamẽtũ. Unũ dei filiũ
ad quem ſpãliter ꝑtinet nouũ. Unũ ſpi
ritũſanctum/qui ab vtroq; procedit:ad
quem ſpãliter ꝑtinet miſticus itellectus:
qui ſicut dictũ eſt a duobus ꝓcedit. Ut
enim vel tenuiter aperiat̾ qđ dicitur:q̄d
Gene.21. magis ſimile queri poteſt:q̄ꝫ ꝙ alter ⁊ al
Luce p° ter ſenex/de ſterili ⁊ ſterili matre/vnicũ
⁊ vnicum filiũ ꝓcreauit? Nec diſſimile
Gene.25. eſtimãdũ:ꝙ Iſaac patriarcha genuit Ia
Math.1 cob: Ioãnes aũt nõ genuit ſed baptiça/
Math.3 uit Chriſtum:q2 in illo hoc eſt in Iacob
Mar.1.⁊ cõfirmata eſt gñatio carnis:vt eẽt pater
Luce.3. carnalis populi:qui ex patris cognomi/
ne vocatus eſt iſrael:in iſto gñatio ſpũs
vt eẽt pater ſm ſpũm/populi q̄dem chri
Nũ.1.⁊ ſtiani. Ut eniꝫ populus ille per duodeciꝫ
Apoc.7. patriarchas/ita iſte per duodecim apl'os
Math.x ꝓcreatus eſt:excepto ꝙ ibi qđ natum eſt
Luce.9. ex carne/caro eſt:hoc aũt qđ natũ eſt de
Ioan.3. ſpiritu/ſpũs eſt. Si vero opponitur de ba/
ptiſmo Ioãnis/quo baptiçatus eſt Chri
ſtus quaſi nõ habuerit illaꝫ vtutem quã
habet baptiſmus Chriſti:nõ ideo tamẽ
ſoluitur ſimilitudo myſteriȷ̃ : q2 ⁊ ſi ſup
alios qui baptiçati ſunt a Ioãne noluit
deus pater mittere ſpũm ſuũ:ſup Chri/
ſtum tñ miſit illum/nec ſine teſtimonio
Math.3 vocis ſue qua dictum eſt ei. Hic eſt filius
Mar.1.⁊ meus dilectus/in te cõplacuit mihi:q̄ꝫ/
Luce.3. uis ſi cõſtat ꝙ ipſe quoq; Ioãnes ſine ali
Luc.p° quo baptiſmo repletus fuit ſpũ ſancto
adhuc ex vtero matris ſue. Quid obſi/
ſtat nõ video ſi ẽt illis qui baptiçati ſunt
in Ioãnis baptiſmate:occulta ſaltim gra

tia ſpus ſancti data eſſe referatur:ſicut ⁊ Uide magiſtrũ ſen. in.4.d.2. ⁊ ibi reliquos the. q2 nõ tenet ꝙ baptiſma Ioan. remitteret peccata.
ceteris viris iuſtis:qui ſub lege ⁊ ꝓphe/
tis ſaluari per gratiam meruerũt. Aut ſi
putas nõ ꝑtinere ad rem: q2 nõ Ioãnes
dedit ſpũm ſanctũ/ſi deus oĩpotens mi
ſit illũ:ergo nec baptiſmus Chriſti quo
baptiçabãt apoſtoli ꝑtinet ad rem:q2 ⁊ ſi
hoĩes erãt qui baptiçabãt/deus tñ ſolus
qui infundit gratiam/deus ſolus q̄ ope/
ratur opa ⁊ vtutes. Quid ergo diſtat ſm
carnem inter gñationem Iſaac ⁊ Iacob:
hic diſtahere videt̾ ſm aliq̄d baptiſma
Ioãnis ⁊ baptiſma chriſti. Semen eq̄dẽ
Iſaac in ſolo Iacob electum in Eſau re/
probum fuit:cui nec pĩna vota vel meri
ta/eternam potuerũt impetrare ſalutem.
Solus aũt Iacob gratia materna preuẽ/ Gen̄.27.
tus:paternam bñdictionẽ cõſecutus eſt:
tam vtiq; in ſemetipſo q̄ꝫ in ſemine ſuo.
Nõ eniꝫ ſemẽ Iacob ex parte fuit repro
bum ⁊ ex parte electũ:ſed totũ eſt in ſe/
mine reputatũ:⁊ ſi nec in illo reprobos
defuiſſe noſcamus:q2 aliud eſt qđ ꝯtinet
ſcriptura ꝓpter myſterium de electione
tẽporali:aliud qđ ꝯtinet de eterna. Simi
liter baptiſmus Ioãnis in ceteris quos
baptiçauit/quaſi inutilis erat:q2 nõ pote
rat eternam ipetrare ſalutem/⁊ tñ ad ali/
q̄d vtilis:q2 erat velut qđdam pimera/
riũ aduenire/ad qđ eſt chriſti baptiſma.
Solus aũt Chriſtus vnctus gratia ſpi ad Gal.4
ritus ſancti ꝯſtitutus eſt heres/pre cun/
ctis patribus teſtamenti prioris:⁊ q̄cũq;
baptiçati ſunt in ipſo/facti ſunt filiȷ̃ Ha/
brae:⁊ ſi nec iter eos eẽ deſinerint cõbu/
rẽda ignibus çiçania ſicut ⁊ in filiȷ̃s iſrl'.
Igit̾ ſm hũc modũ pſone ⁊ pſone duo/ Matthei 13.
rum teſtamẽtoꝝ/mutuis ſe vultibus in/
tuent̾:⁊ nihilominus vrbs ⁊ vrbs/popu
lus ⁊ populus/ordo ⁊ ordo/bellũ ⁊ bel/
lũ/⁊ ſi qua poſſunt eẽ ſimilia:que ſibi affi
nitate ſimilitudinũ pari eſſe cauſa ratio/
nis ꝯueniãt:excepto ꝙ illa magis ad car/
nem/hec magis ad ſpũm referunt̾. Licet
nec ibi quoad ſpũꝫ/nec hic deeſſe quoad
carnem. Igit̾ non ſolũ pſona pſonã/ve/
rũetiam multitudo multitudinẽ reſpicit
vt eſt hieruſalẽ Romanã eccleſiam:Sa/
maria/



maria/cõſtantinopolitanam:Babylon/
Romam:Egyptũ/imperiũ ꝯſtantino/
politanũ:⁊ his ſimilia. Cap.3m.

Quid ſit Allegoria

Allegoria eſt ſimilitudo cu/
cuiuſcũq; rei parue ad maxi
mã/ac ſi dies ad annũ/ebdo
mada ad etatẽ/pſona ad or/
dinem:vel ad vrbem ad gen
tem/ad populũ/⁊ mille talia. Uerbi gr̃a.
Habraam vnus eſt homo/⁊ ſignificat or
dinem patriarcharũ/in quo multi ſunt
hoĩes. Zacharias vnus eſt homo ⁊ hoc
ipſum ſignificat. Sarra vna eſt femina/⁊
ſignificat ſynagogam. Synagogam dico
nõ reprobam quã deſignat Agar/ſed ſte/
rilem iuſtoꝝ eccleſiam:que quotidie in/
gemiſcebat ⁊ deflebat obprobriũ ſterili/
tatis ſue. Uidẽs vt tangam aliud myſte
riũ exultãtem in filiȷ̃s emulam ſuam:⁊
diem feſtum agẽtem in diuitiȷ̃s ſuis. Da/
tus eſt filius Sarre/filius nõ carnis/ſed
Gen̄.21. ꝓmiſſionis tẽporis ſenectutis ſue. Hoc
eſt q̄ñ venit plenitudo tempoꝝ/vt mit/
teret deus filium ſuũ/natũ ex muliere/ fa
ad Gal.4 ctum ſub lege:vt eos qui ſub lege erant
redimeret. Ergo ⁊ Heliſabeth illđ idem
Luce.1. ſignificat:q2 ⁊ ipſa cũ eſſet ſterilis/in ſe/
necture genuit filiũ:ambo in ſenectute
matrũ orti ſunt:⁊ tñ cum eſſet Iſaac ſe/
Gen̄.25. xagenarius natus eſt Iacob:⁊ ſexto men
Luc.1. ſe a cõceptione Heliſabeth cõceptus eſt
Chriſtus:q2 vſq; ad ſextum tẽpus ſecun
di ſtatus ſterilis fuit/ad modũ ſpũalium
viroꝝ eccleſia:⁊ modo tẽpus eſt vt mul/
Pſal.79 tiplicet̾ in prole:⁊ extẽdat palmites ſuos
vſq; ad mare:⁊ vſq; ad flumẽ ꝓpagines
eius. Scđm vero anagogem: Habraam ſi/
gnificat deum patrẽ: Iſaac filiũ: Iacob/
ſpũm ſanctũ:⁊ nihilominus Zacharias
pater Ioãnis ſignificat deũ patrem: Ioã
nes baptiſta/filiũ:homo chriſtus Ieſus/
ſpũm ſanctũ. Et hoc q̄dem de ſpiritua/
li itellectu:q̄ ꝓprie dr̄ allegoria. Cap.5m

Intelligentia vero illa que con
cordia dicit̾/ſimilis eſt vie cõ
tinue/que a deſerto porrigit̾
ad ciuitatem/iterpoſitis locis
humilioribus/in q̄bus ſe via/
tor ambigat iter rectũ adire:⁊ nihilomi/
nus iterpoſitis iugis montiũ/a quibus
poſſit poſteriora ⁊ anteriora reſpicere/⁊
reſidui itineris rectitudinẽ ex retroacte
vie ꝯtemplatione metiri. Oĩs enim qui
coram facie graditur/vbi itineris veſti/
giũ nõ apparet:ex aſpectu retroacti agẽ
di rectitudinem penſat. Ubi aũt nec agẽ
da nec acta luſtrare itinera viator põt:ſi/
cut in locis humilioribus accidere ꝯſue/
uit/fidei rõne magis q̄ꝫ ſpecie ad loca ſe
pertrahit montuoſa:vt exinde vel erra/
ta corrigat/vel ſeipſum in bñgeſtis acce/
pta ſecuritate ꝯfirmet. Hẽt aũt iter iſtud
quo ꝑgere cupimus/duce deo/aliq̄d pro
illo ſecurius/vtpote ꝙ non aliquo caſu
agitur/aut agi cepit:ſed in dei ſapĩa ⁊ do
ctrina:hñs ſtationes ſuas/certis limitibꝰ
deſignatas. Qui videlꝫ limites diuerſis
modis ꝯſiderãdi ſunt:largo.ſ.⁊ diſtricto
ſm maiora tpa ⁊ ſꝫ mediocra ⁊ minora:
qđ totũ de numero gñationũ ⁊ tempoꝝ
ꝓprietate colligit̾. ¶ Aliud nãq; tẽpus pm
fuit/in quo viuebant hoĩes ſm carnem:
hoc eſt vſq; ad Chriſtũ/cuius initiatio
facta eſt in Adam. ¶ Aliud in quo viui/ 2m
tur inter vtrũq;:hoc eſt inter carnẽ ⁊ ſpi
ritum:vſq;.ſ.ad preſens tẽpus:cuius ini
tiatio facta eſt ab Heliſeo propheta:ſiue
ab Ocia rege iuda. ¶ Aliud in quo vi/ 3m
uitur ſm ſpũm vſq;.vꝫ.ad finem mũdi:
cuius initiatio a diebus beati Bñdicti.
Fructificatio itaq; vel ꝓprietates primi
tẽporis/ſiue vt dicimus melius primi ſta
tus. Ab Habraam vſq; ad Zachariam pa
trẽ Ioãnis baptiſte. Initiatio ab Adam.
Fructificatio ſecundi ſtatus/a Zacharia
vſq; ad gñationem quadrageſimãſecun/
dã. Initiatio ab Ocia ſiue a diebus Aſa/
ſub quo vocatus eſt Helyſeus ab Helya
ꝓpheta. Fructificatio tertiȷ̃ ſtatus ab ea tertij reg.
gñatione que fuit vigeſimaſecũda/a ſan/ 19.c.
cto Bñdicto vſq; ad ꝯſumationem ſecu
li. Initiatio a ſcõ Bñdicto. Hec ꝓpoſita
ſunt a nobis ⁊ oſtenſa in fide: ſed ſcio ꝙ
pauci ſunt qui recipiãt/niſi manifeſta ra/
tio preſtet experimẽtũ. Un̄ neceſſe eſt in
hoc ſcđo libro veluti de quodã agro pre/

Universidad de Deusto Biblioteca

parando ad ſemen ſpinas euellere queſtionuꝫ: quatenus in alijs libꝛis qui ſecuturi ſunt terra ipſa diuine pagine diligēter exculta in coꝛdibus fideliuꝫ feracius fructum ferat. Caplm 5m.

SEcunduꝫ ꝙ tres ſtatus ſeculi mutationes ipe tempoꝛum operūq; teſtantur, Licet totum hoc pſens ſeculum vnū eſſe dicamur: ita tres eſſe oꝛdines electoꝝ/lꝫ vnus ſit dei populus: vna plebs tam auctoꝛitatibus ſanctorum patrum: q̄ȝ ipſa euidētia reruꝫ maniſeſte cognoſcimus. Et eoꝝ quidem oꝛdinuꝫ pꝛimus coniugatoꝝ eſt: ſecundus clericorum: tertius monacoꝝ. Coniugatoꝛum oꝛdo initiatus ab Adam: fructificare cepit ab Habꝛaam. Clericoꝛuꝫ oꝛdo/initiatus eſt ab Oçia: qui cum eſſet de tribu iuda obtulit incenſum dño: ⁊ ſi non impune. Fructificauit autem a Chꝛiſto qui verus eſt rex ⁊ ſacerdos. Monacoꝝ oꝛdo ſm quādam propꝛiam formam/cū ſpiritus ſanctus qui eſt auctoꝛ beatoꝝ/perfectam exhibuit auctoꝛitatem/incepit a beato Benedicto/viro vtiq; claro: miraculis/ope/⁊ ſanctitate: cuius fructificatio in tēpoꝛibus finis. Fuere nāq; monachi ⁊ ſatis clari monachi ante ipm: ſed quare in qbuſdam oꝛdo monaſticus preceſſerit/dicet poſtea. Illud aūt ſcire opꝫ ꝙ iſdem oꝛdo qui ſm ꝓpꝛiam formā initiatus eſt a ſancto Bñdicto: ſm quādaꝫ ſignificationem initiatus eſt ab Helyſeo ꝓpheta: in cuius ſpiritu veniſſe ꝯſtat eūdem venerabilē Bñdictū: qḋ ⁊ tpa ſimilia teſtant ⁊ pſectio vite. Illud quoq; diligētius obſeruare volo: vt cum loqmur de pncipijs iſtoꝝ ſtatuuꝫ tēpus Habꝛae/Iſaac/⁊ Jacob/pꝛo vno pncipio accipiamus: ſimiliter ⁊ tēpus Zacharie Joānis baptiſte/hois chꝛiſti Jeſu: vt qꝛ cauſe exigunt cauſas/nulla putet ineſſe differētia vtrum ſtatuamus principium pꝛimi ſtatus. In Habꝛaam/ſiue Iſaac/aut Jacob. Utrum principiuꝫ ſcđi/in Zacharia vel Joāne filio eius: aut ēt in chꝛiſto Jeſu. Utruꝫ principiuꝫ tertij in gñatione 43a an in duabus precedētibus eam. Cuꝫ ergo dicimus vſq; ad pꝛeſens/vſq; ad dies iſtos/⁊ ſi qḋ ſimile ita eſt accipienduꝫ: ac ſi nonaginta anni pꝛo vno pꝛeſenti tēpore accipiant: qꝛ finis cuiuſcūq; tempoꝛis in ſacra pagina largo ⁊ ſtricto modo accipi conſueuit. Caplm 6m.

Gen. pº ⁊ 2º c.
ſcđi paralí. 26.
q̄rti reg. 2

QUod autem tres gñationes pꝛo vno pꝛincipio accipiendas eē dicimus/non diſcoꝛdat a ſacro myſterio ſancte ⁊ indiuidue trinitatis. Si eniꝫ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus nō ſunt tria pꝛincipia/ſed vnum pꝛincipium/nō eſt abſq; cauſa myſterij/vt tres viri iuſti qui typuꝫ retinēt trinitatis pꝛo vno pncipio accipiantur: ita vt quilibet eoꝝ accipiatur pꝛo pꝛincipio: ⁊ ipſi tres pꝛo vno pꝛincipio. Sane ꝙ tres oꝛdines illi de qbus ſupꝛa locuti ſumus in ꝓpꝛijs tēpoꝛibus claruerūt: ptinere ad myſteriuꝫ trinitatis oſtēdetur inferius. Nunc aſſignari opꝫ ꝯcoꝛdiam in eiſdem oꝛdinibꝰ/vt nō diſcedat ad dexteram aut ad ſiniſtram: qꝛ ⁊ ſi ea que acciderūt multiplicia ſunt: iccirco tñ alia poſt alia vſq; tertio oſtēdit deus/vt trinuꝫ ſe eſſe oſtenderet in pſonis. Aliogn ſi vna perſona eſſet deus: nec tria diſtincta opera eēnt querēda: nec in vno tñ concoꝛdia aſſignari valeret. Quia vo tres ſunt perſone/⁊ ſi ipſe tres vnus deus: dicit filius de patre ⁊ de ſe. Pater meus vſq; modo operat/⁊ ego operoꝛ. Qñ aūt pater ſine filio aut qñ filius ſine patre? Sed tm̄ qui ait vſq; modo ꝓpꝛietates imaginuꝫ itelligi voluit: vt ſicut in illis qui patres dicti ſunt vſq; ad Chꝛiſtuꝫ venerāda eſt ſimilitudo patris: ita in his qui redēpti ſunt per ſanguinem filij/⁊ nati ex aqua ⁊ ſpū ſancto veneremur imaginē ipſius filij: qui voluit habere frēs in terra/cuꝫ ſit dñs oiuꝫ creatoꝛ vniuerſoꝝ: vt ſit ipſe (vt ait Paulus) pꝛimogenitus in multis fratribus. Quia vo baptiçatis iaꝫ apoſtolis ait idē dñs ⁊ redēptoꝛ. Uos aūt baptiçabimini ſpiritu ſancto/nō poſt multos hos dies. ¶ Oſtēditur poſt hec operatio ſpiritus ſancti

In pꝛincipio ſecūdi ſniarum.
pme Joā. 5. c.
Joan. 5.
Joan. 3.
Matt. 12 ⁊ Mar. 3 ⁊ Luc. 8.
Ad gal. 4
Macha. ſcđi pº. c.
ad Ro. 8.
Actu. 1.



ſancti in ſpūalibus viris que maxime circa finem ſeculi expectanda eſt: ⁊ ſi in aliqbus iam pceſſerit qñ ꝯſumabit in multis que inchoata eſt in paucis ꝓmiſſio illa dñi per Johelem dicētem. Erit in nouiſſimis diebus effundam de ſpū meo ſuper oēm carnem ⁊ ꝓphetabūt filij veſtri ⁊ filie veſtre. Et de his pꝛo loco ſatis dictum eſt. ¶ Illud tñ tacere nolo/ne qs me arguat de ꝓmiſſo: ꝙ operibus tertij ſtatus nōdum poteſt aſſignari cōcoꝛdia niſi ex parte: qꝛ nōdum cōpleta ſunt ipſa opera/niſi imodica ſui parte. Dicemus tñ de eis in loco ſuo id qḋ poſſumus: vt exibitione pꝛeſentiū/certa fiat expectatio futuroꝛuꝫ. Dicta ſunt iſta ⁊ adhuc laboꝛ eſt. Locuti nāq; ſumus de tribus ſtatibꝰ huius mūdi ſm id qḋ ſignificāt tres magni patriarche/⁊ tres angeli q apparuerunt vni eoꝝ hoc eſt Habꝛae: non ſm id qḋ ſignificant Aaron ⁊ Moyſes/⁊ duo cherubin quoꝝ ſupꝛa fecimus mētionē. Unde neceſſe eſt alio mō aſſignare ſtatus mūdi: ꝓpter aliud myſterium trinitatis vt qui tres ſtatus mūdi ꝓpter tres pſonas diuinitatis aſſignare curauimꝰ. Alio modo nō tria tpa ſed duo tm̄modo aſſignemus/qꝛ ſic opꝫ fieri. Et ita ſe hꝫ cauſa ⁊ maniſeſtatio veritatis. Caplm 7m.

Johe. 1.
Greg. in homel. pme dñice aduentus.
Gen. 18.

SEcunduꝫ rationem eoꝝ que infra dicturi ſumus: tēpus pꝛimi teſtamēti vſq; ad Chꝛiſtum/cuius initiatio ab Adam fructificatio a Jacob. Tempus noui teſtamēti vſq; ad ꝯſumationem ſeculi: cuiꝰ initiatio ab Oçia rege iuda fructificatio a xpo. Scimus eniꝫ ꝙ pplus ille carnalis qui dictus eſt iudeoꝝ imitatus eſt pmū parētem in coꝛruptione peccati: q ſicut pmus eſt oiuꝫ/ita pꝛimus ſcribit in oꝛdine patruꝫ. Popls aūt Romanus/qui vocatus eſt gētilis/ſicut docet Augꝰ in lib. de ciui. dei. Initiatus eſt a quodam mecho q genuit de ſtupꝛo/Romuluꝫ ⁊ Remum in diebus Oçie: vterq; aūt miſericoꝛdiam cōſecutus: populus dñi ille/a diebus Jacob: iſte a tpe quo Chꝛiſtus venit in munduꝫ. Electi ſunt enim ex illo patres per legem ⁊ circuncíſionem: ex iſto filij per ſacramētum baptiſmi: ⁊ inuēta eſt in illo ſm hoc ſimilitudo patris: in iſto filij. In h. vꝫ. videt ſimilari ꝙ illi ſpāliter patres iſti nō tam patres q̄ȝ filij dicti ſunt. Et ne ſimilitudo deeſſet donoꝝ ſpūs ſancti qui a patre filioq; ꝓcedit: pꝛocedit quodāmodo de regno iudeoꝝ: regnuꝫ qḋ vocatuꝫ eſt iſrael in qbus inuēte ſunt reliquie electoꝝ ⁊ etiam ſpūales viri/inter quos Helyas ⁊ Helyſeus ⁊ filij ꝓphetaꝝ qui erant in hierico: ⁊ nihilominus de eccl̄ia vniuerſali que cōmiſſa eſt Petro/ꝓceſſit quodāmodo eccleſia grecoꝝ: in qua inuente ſunt reliquie in diebus ſuis: ⁊ magis patres ꝯuerſantes in deſerto ſimiles Helye ⁊ Helyſeo/⁊ filijs ꝓphetaruꝫ cōmoꝛantium in hierico. Nec illud eſtimet alienum a myſterio: ꝙ ſiue tunc decem tribus a domo Dauid: ſiue nūc eccleſie grecoꝝ diuiſe ſunt ſm aliqd a Romana eccleſia: qꝛ ⁊ illud veruꝫ eſſe ꝯſtat qḋ Apls ait. Diuiſiones gratiarū ſunt/idem autē ſpiritus. Et ſciendum ꝙ littera veteris teſtamenti cōmiſſa fuit populo iudeoꝝ: littera noui/populo Romano. Spiritualibus autem viris ſpiritualis intelligētia que ex vtraq; pꝛocedit. Cap. 8m.

Libꝛo. 18 c. 21. ⁊. 22
Ezechie vel Achaz
q̄rti Reg. 2.
tertij reg. 12. c.
Ut de ꝓceſſione. ſ. ſ. in pº. d. xj. q. 1.
Sco. ⁊ de materia cōficiēdi coꝛpus xpi in 4. diſt. xj. p. 2a. q. 1. ſco.
Ad Coꝛ. pe. 12. c.

OPoꝛtet nos in his que cepta ſunt de tribus oꝛdinibus ⁊ duobus populis viciſſim repetere hec ⁊ illa: vt reſpectu alioꝝ alia facilius capiantur. In his aūt que de duobus populis dicta ſunt/oſtēſum eſt ꝙ a patre ⁊ filio mittat ſpūs ſanctus: qui vtiq; ⁊ ipſe cum mittitur ſpirat vbi vuult: ⁊ diuidit de ſuo ſingulis pꝛout vult. Qḋ autē ſine pꝛincipio ⁊ ſine fine a patre filioq; ꝓcedit/magis in tribus oꝛdinibus ſupꝛaſcriptis ꝯſiderari opꝫ: qꝛ ibi lucidius apparet qḋ de eiꝰ ſimplicinatura incōcuſſe tenet. Cum ageremus de ipſis oꝛdinibus: diximus oꝛdinem monachoꝛum ſm quādam ꝓpꝛiam formam initiatū foꝛe a beato Bñdicto: ſm vo quadam ſimilitudinē ab Helyſeo ꝓpheta. Diximus eniꝫ fuiſſe monachos ante tēpus ſancti Bñdicti/in qbus iam

Ubi ſupꝛa
In pꝛimo d. xj.

Universidad de Deusto Biblioteca



preceſſerat ordo monaſticus ſup quo vel quia locus exigit: vel q: promiſſione tenemur: opꝫ nos abſoluere a pmiſſo/maxime p ſacrū myſteriū trinitatis: qꝫ nos in tribus ordinibus ipſis aſſignare promiſimus. Hac in re notādū eſt qꝫ qui fecit hoīem ad imaginem ⁊ ſimilitudinē ſuam: ⁊ creauit Habraam Iſaac ⁊ Jacob vt gererēt typū deifice trinitatis/ſicut ⁊ plures alios/ipſe voluit cōſtitui tres ordines iſtos/vt eſſent/⁊ ipſi ad imaginem ⁊ ſimilitudinē trinitatis: iuxta illō Apoſtoli. Donec occurramus oēs in vnitatē fidei in virum pfectū in mēſuram etatis plenitudinis chriſti. Ita eniꝫ extimāda eſt apud deū vniuerſa multitudo credētiū/ac ſi vnus hō qui ꝯſtat ex carne ⁊ ſanguine/⁊ ſpiraculo vite. Sicut eni ſanguis medius eſt iter carnem ⁊ aiāꝫ/ita ordo clericoꝝ medius eſt inter ꝯiugatos ⁊ monachos. Habet ḡ ꝯiugatoꝝ ordo imaginē pr̄is: q: ſicut pr̄ i deo. p̄ eſt q: hꝫ filiū/ita ordo ꝯiugatoꝝ/nō niſi ad pcreādos filios iſtitut9 eſt a deo. Et ſi ad duritiā cordis eoꝝ q terrena ſapiunt aliqd pmiſerit Moyſes qꝫ eēt ꝯtrariū volūtati diuine: aliqd indulſerit Apl's/ne deteri9 aliqd accidere potuiſſet. Habet ⁊ clericoꝝ ordo imaginem filij: q: verbū patris/qꝫ ē ꝯſtitutus eſt ipſe/vt loquaꝛ ⁊ doceat populū viam dn̄i: ⁊ oſtēdat ei ꝯtinue legitima dei ſui. Habet ⁊ monachoꝝ ordo imaginem ſpūs ſancti qui eſt amor dei: q: nō poſſet ordo ipſe deſpicere mūdum ⁊ ea que ſunt mūdi/niſi puocatus amore dei ⁊ tractus ab eodem ſpū qui expulit dn̄m in deſertum: vn̄ ſpūalis dictus eſt: q: nō ſm carneꝫ ambulat ſed ſm ſpūm. Igiꝛ pmus ordo initiatus eſt ab Adam: 2 ab Ozia rege iuda. 3 ſm aliqd ab Helyſeo ppheta: ſm aliqd a btō Bn̄dicto. Quare ſic? Q: ſpūs ſcūs a pr̄e filioqꝫ pcedit. Si eniꝫ a ſolo pr̄e pcederet ſicut fili9/oportunū eē videreꝛ vt ordo clericoꝝ ⁊ monachoꝝ ſiꝛ inciperēt: ⁊ ſimꝛ ambo ꝯſumationem acciperēt. Si autē a ſolo filio ſicut filius a ſolo patre/ita videꝛ ptinere tm̄modo Tertius ſtatus ad ſpiritū ſanctum: qūo ſecundus ad filium. Quia vo vnus eſt pr̄ a quo pcedūt filius ⁊ ſpiritus ſctūs: vnuſ. ſ. q a patre ſimul pcedit ⁊ filio. Duo qui pcedūt ab vno patre: recte pmus ſtatus aſcribitur patri: ſcd's ſoli filio: tertius cōmunis filio ⁊ ſpiritui ſancto. Nec iſtud tn̄ dico/vt (qꝫ a cordibus abſit fideliū) diuiſū eē credaꝛ regnū aut operatio vnius pſone a regno aut opatione duarū: ſed hoc plane accipiēdum eſt pprietate myſterij. Sicut enim tres perſone ſunt ⁊ vnus deus: ita plerūqꝫ in hijs que cōmunia ſunt tribus: inueniunꝛ diſtincte ſignificationes ad ſimilitudinē pſonarum ſm qd/vt eſt in Habraam: q: pater pncipaliter dictus eſt ſignificatio patris: in Iſaac ſignificatio filij: in iacob ſpūs ſancti. Igiꝛ primus ſtatus attribuēdus eſt patri: ſcd's filio: tertius ſpūi ſancto: pro eo enim qd in tertio ſtatu oſtenſurus erat ſpūs ſanctus gloriā ſuā: ſicut ſuam filius in ſcdo/⁊ pater in primo: ſic eo tp̄e quo Chriſtus venit in mūdū/venit etiam ſpūs ſanctus: prius qdem ad vginem: deinde ad eos q baptiçati ſunt in chriſto: vt eis qui adhuc paruuli erāt in chriſto/nō poſſet ita oſtēdi claritas ſpiritus ſancti: qui videri nō poteſt qūo claritas filij/qui in carne viſibili quā aſſumpſit/reſurrexit a mortuis. Hinc in euangelio filius ego rogabo patrem ⁊ alium paraclitum dabit vobis/ſpūm veritatis quem mūdus iſte non poteſt accipere: q: non videt eum/nec ſcit eū.

Gene. 1.
Ad ephe. 4.
Quia ſanguis eſt ſedes aie.
Ariſto. p̄dica. relonis.
Mar. x.
p̄ime ad Cor. 7. ⁊ ad Gal. 2
Mar. 1.
ad Ro. 8.
In primo d. xj.
Augu. p° de tri. c. 8
pme Joa. 5.
Luc. p° Actuū. 8.
Joan. 14

Cap. 9m.

Propter hec venerāda myſteria/ordo ꝯiugatorū initiatus eſt ab Adam: duo reliq ordines ab Helyſeo ppheta ⁊ ab Ozia rege iuda: ita tn̄ vt ordo monachoꝝ qui quodāmodo viſus eſt incipere ab Helyſeo: alio mō incipere a ſancto Bn̄dicto. Cauſa vo myſterij dicta eſt. Ibi vt oſtendaꝛ qꝫ ſpūs ſanctus pcedat a patre: hic vt oſtēdatur qꝫ pcedat a filio. Uerum ⁊ ſi bis initiatus eſt ordo monachorū: in gn̄atione tn̄ vnus eſt. Et ſi bis datus eſt ſpūs ſanctus: ipſe tn̄ vnus eſt: nec ſeparatus eſt/qꝫ abſit/filius a patre: vt ſeorſum mittatur a patre/ſeorſum



ſeorſum a filio: ſed q: nō poterāt mentes carnaliū hec itelligere/niſi diſtincte oſtēderetur. Alia vice miſſus eſt ſup filiū in ſpecie columbe/vt pateret qd pcederet a patre qui dixerat Joāni baptiſte. Sup quem videris deſcēdentem ſpūm meum ⁊ manētem ſup eū: ipſe eſt qui baptiçat in ſpū ſancto. Et alia vice inſufflatus eſt a filio: vt oſtēdereꝛ qꝫ pcederet ⁊ ab ipſo. Uerūtn̄ ⁊ qn̄ miſſus eſt in ſpecie columbe/ita miſſus eſt a filio queadmodū ⁊ a patre. Et qn̄ inſufflauit filius ſup apoſtolos ⁊ ait. Accipite ſpūm ſanctum/ita datus eſt a patre/queādmodū ⁊ a filio. Sic ſacra myſteria ſane ſunt vbiqꝫ intelligenda: nō ſm qꝫ eſt oino illud qd ſignificat/ſed ſm aliqd qd pertineat ad catholicaꝫ fidem. Neqꝫ enim q: loqtur homo/iccirco loqtur ⁊ imago: aut q: audit ⁊ videt homo: audire vel videre pōt imago: operari/comedere/ambulare: ⁊ tn̄ ad aliqd facta eſt: hoc eſt vt per eam aliquatenus ſpeciem hois ꝯtemplari poſſimus. Sed neqꝫ illud pretermittēdum exiſtimo: qꝫ ſicut littera teſtamenti veteris ptinet ad ordinem ꝯiugatoꝝ/doctrina noui ad ordinem clericoꝝ. Ita preter illud qꝫ miſtice ptinet ad ſpūm ſanctum/ēt vitalis regula ſancti patris Bn̄dicti/ſi ſm litterā tenenda ſit: nihilominus tn̄ pertinet ad ſpūm ſcūm: q: qd ꝯtineꝛ in eadem/inſtitutiōe monachoꝝ/ſpūs ⁊ vita eſt. Sicut enim aliud eſt qd pprie ptinet ad ſpiritum: aliud qd ſpectat ad effuſionem donoꝝ: alia eſt ſignificatio ipſius ſpūs: alia que ptinet ad effuſionem donorum. Sed forte arguendi videmur in hac parte: q: in opere cōcordie iſta loqmur de trinitate: que ⁊ pro excellētia ſui/⁊ pro vitanda maxime digreſſione/venerāda hic eſſent potius qꝫ ſcribenda. Si arguendus ſum in hac parte ipſe me arguo: ſed tn̄ ſi queriꝛ a me ſup aliquo loco: quare hic querere illud maxime vbi aliqd videtur abſurdum. Opꝫ me/ſicut extimo/reddere rōnem: ne quaſi verba ſterilia/⁊ ratione carentia/a ſcrupuloſis ⁊ tardis corde ad credendum: maxime aūt ne ab emulis ⁊ obtrectatoribus ꝯtemnātur. Si nō intelligunt oia in ſapientia eſſe facta: ſi ignorant magna opera dn̄i exqſita in oēs voluntates eius. Igiꝛ q: duo ſunt quorum vnus ingenitus/alius genitus. Condita ſunt duo teſtamēta: quoꝝ primū vt ſupra diximus ſpecialiter ptinet ad patreꝫ. Scd'm ad filium q: aliud de alio: porro ſpūalis intellectus vnus eſt ex vtroqꝫ pcedens: ⁊ ipſe ſpecialius ptinet ad ſpūm ſanctum. Et rurſum littera teſtamēti veteris ptinet ad ꝯiugatos: littera noui ad clericos: regula ſub qua degūt monachi ad ipſum ordinem monachoꝝ. Quia igitur pſone deitatis tres ſunt coeterne ſibi ⁊ coequales/ſm hoc qd hoc ptinet ad ſimilitudinem ipſarū pſonarum primus ſtatus tenēdus eſt ab Adam vſqꝫ ad chriſtum: ſcd'us ab Ozia rege vſqꝫ ad pſens: tertius a beato Bn̄dicto vſqꝫ ad ꝯſumationem ſeculi. Ut aūt ptermittamus tēpora initialia ⁊ teneamus id qd ſinguloꝝ pprium eſt. Primus ab Habraam Iſaac ⁊ Jacob/vſqꝫ ad Zachariaꝫ patrem Joānis/ſiue vſqꝫ ad ipſum ioānem ⁊ ad chriſtum ieſū: ſcd's ex eodem tp̄e vſqꝫ ad p̄ſens: tertius a preſenti tp̄e vſqꝫ in finem. Rurſum q: due perſone ſunt: quarum vna ingenita eſt/alia genita: pſone ingenite aſcribēda ſunt opera teſtamenti primi: cuius tēpus ab Adam vſqꝫ ad chriſtum: pſone genite opa teſtamēti ſecūdi: cuius tēpus ab Ozia vſqꝫ ad ꝯſumationem ſeculi. Scd'm vo qd pprīū eſt ſinglo hoc eſt abſqꝫ tēpore initiali primū tempus ab Habraam vſqꝫ ad çachariam: ſecundum a Zacharia vſqꝫ ad conſumationem ſeculi. Quia vo vna perſona eſt que ex duabus procedit ⁊ ipſa ſpiritus ſanctus dicta eſt aſcribēda ſunt eidem pſone quedam ſpecialia opera que ex alijs proceſſerūt: de quibus ſuo loco dicetur. Prima diffinitio deſignatur in A. qd eſt elemētum triangulatum. Secunda deſignatur in ω. in quo virgula de medio duarū procedit. Utrūqꝫ ergo ſciri oportuit: quia vtrūqꝫ plenarie pertinet ad catholicam fidem.

Math. 3. Mar. 1. Luc. 3. ⁊ Joan. 1.
Joan. 10.
pſal. 103.
pſal. 110.
Athanaſius in ſimbolo.
Auguſti. pmo d trinitate. c. 4 ⁊ alibi ſepe in eodē libro. Et Athana. vbi. ſ.

Capl'm xm.

Joan. 2. Oſtenſa ratione quare tempora mūdi duobus modis opȝ aſſignari: ꝓpter q̄ ⁊ Joānes dicit de hydrijs lapideis capientes ſingule metretas binas vel ternas: modo dicēduȝ eſt vtrum ſm numerum annoꝝ extimāda ſunt tēpora iſta/aut ſm aliquid aliud. Dicit aūt Libro.22 c.vltimo. beatus Auguſtinus/cum ageret de etatibus in libro de ciuitate dei ab Adam vſq̄ ad Noe eſſe vnā etatem: ſimilr̄ vſq̄ ad Habraam/vnā etatem. Qd̄ cuȝ dixiſſet adiecit ⁊ ait. Nō q̄ tot annos habuerit ſcd̄a etas quot ꝑma: ſed q̄ tot habuit generationes. Nō igitur ſm intellectum numerum annoꝝ extimanda ſunt tempora iſta/ſed ſm numerum gñationum. Etenim ab Adam vſq̄ ad Chriſtuȝ fuere gñationes q̄draginta ⁊ tres: ⁊ ab oçia vſq̄ ad finem ſcd̄i ſtatus ſexagintatres. Ab Oçia nāq̄ initiatum eſt teſtamētum nouum qd̄ ꝯfirmatum eſt in Chriſto: ne prius videretur deficere vetus q̄z nouū ſeminatuȝ ⁊ radicatuȝ germinaret ex humo/⁊ ꝓduceret fructum. Scriptuȝ quippe eſt in lege Moyſi. Leuit.25 Donec naſcant̄ noua/vetera comedetis. Caplm̄ xj[m].

Super his que dicta ſunt de temporibus/⁊ adhuc dicēda/admonendus eſt ſūmopere lector huius operis: quatenus in initijs iſtorum tempoꝝ/aut in finibus eoꝝ non ſit ſcrupuloſus exactor ſup vna vel duabus generationibus: q̄ vt fiant in q̄buſdam locis inſertiones inter noua ⁊ vetera/a penultima eſt aliquādo incipienduȝ: ⁊ tūc ſubtractis e medio duabus gñationibus: due vltime generationes duplices extimentur: quatenus ⁊ plures ſint in numero ⁊ pauciores in re. Matth.1 Unde ⁊ Mattheus volens incipere ab Habraam/⁊ perficere vſq̄ ad Chriſtum/certuȝ numeꝝ gñationū/neceſſe habit ꝑtermittere tres generationes: vt earum nullam faceret mētionem. Sed ⁊ illud ſane memorie cōmēdari opȝ: q̄ñ diſtinguimus tpa per decades gñationum/in ſcd̄a ⁊ quarta ⁊ ſexta diſtinctione excedit vna gñatio numerū decadarum. Ubicūq̄ aūt hoc accidit nō eſt incipiendum ab eadem gñatione/ſed a ſequēti. Sunt aūt que ita excedunt numerum decadarū ab Adam vſq̄ ad chriſtuȝ gñationes tres. Que videlȝ gñationes: q̄ ⁊ ſm aliquid tenende ſunt/⁊ ſm aliq̄d ꝑtermittende: ⁊ in veteri teſtamēto ſcripte ſunt in ordine ſuo: ⁊ in euangelio pretermiſſe ſunt/vt iam diximus a Mattheo in loco vno: hoc eſt inter Joram ⁊ Oçiam. Qd̄ ſi due gñationes intermittende ſunt in prima diſtinctione que extendit̄ (vt iam dixi) vſq̄ ad Iſaac: Scd̄i par. a.21.ca. vſq̄ ad.27 incluſiue. vt in ſcd̄a diſtinctione ſumāt principiuȝ ab Habraam/⁊ tres gñationes inueniuntur penitus intermiſſe liquet: q̄ quinq̄ gñationes extra ſeriem fuerūt: vt poſſint oēs gñationes ab habraam vſq̄ ad chriſtum/ſub quadrageſimo numero ſm veritatem euāgelicaȝ coartari: qd̄ tñ ad tertiuȝ ſtatū referēduȝ eſt prius q̄z ad ſcd̄m: q̄ q̄ in ſcd̄o ꝓnunciatum eſt ſm litterā/in tertio ꝯſumabit̄ ſm ſpūm. Cap.12[m]

Cum conſtet ex ſupradictis temporibus: q̄ decurſuȝ ab Adam vſq̄ ad Jacob ſub viginti ⁊ vna gñationibus ꝯſumationem accepit: ſicut ⁊ tempus qd̄ decurſum eſt a Jacob vſq̄ ad Oçiam: ⁊ nihilominus ab Oçia vſq̄ ad chriſtuȝ: ac per hoc vt ordo ꝯiugatoꝝ initiatus eſt ab Adam/ita clericorum ab Oçia. Queritur nō imerito vtrum in ordine monacoꝝ ſeruāda ſit ꝑfectio ipſius numeri/an nō: ⁊ ſi ſeruāda eſt: vtruȝ idē ordo gñationum querendus ſit in eo: an cuius ordo ſit e latere/q̄ ad reȝ ptīnet requirendus. Qd̄ in ſequētibus diligētius proſequēduȝ eſt liquet q̄ a iacob patriarcha/veluti duabus vijs deſcenditur vſq̄ ad Dauid. ſ. per iudices ⁊ rectores populi. Altera per patres ita vt ipſe vnus dauid veluti q̄dam prepotens annis duos in ſe riuos ſuſcipiat ex vno q̄dem fonte ꝓgreſſos: ſed diuerſis vſq̄ ad ſe aquaruȝ ductibus venientes. Et q̄dem Moyſen de Jacob proceſſiſſe nō eſt dubium: ſed tñ dignitate ⁊ merito ipſius Jacob equalis fuit: vtpote cui deus oīpotens ⁊ maiora cōceſſit.





In libro Geñ. in libro Exo. ⁊ in ꝯijs veteris teſt. iora conceſſit. Unde ⁊ quedam auctoritas principij data eſt ei ad ſimilitudinem ſpūs ſancti: qui ſic procedit a filio dei: vt tñ equalis ſit eius a quo procedit. Si ergo vtrūq̄ ponimus in principio: ita vt ab eis pariter incipiamus/iuenimus ſm lineam que deſcēdit per patres ꝯſumari In libris Regum ⁊ Parali. preſcriptum numerum in Amaſia patre Oçie: ſm lineam que deſcendit per ꝑncipes in abia patre aſa: ita vt nec h̄ ipſuȝ diſcordare queat a ſimilitudine veritatis q̄ alia ratione diſſimile eſſe videtur. Igitur ſcribenda ſunt eoꝝ noia in ordinibus ſuis: vt qd̄ ſimplici verbo dicimus/rei euidentia oſtendamus.

| ¶ Ordo clericoꝝ. | ¶ Ordo monacoꝝ |
|---|---|
| Iacob. | Moyſes. |
| Judas. | Joſue. |
| Phares. | Othomel. |
| Eſrom. | Aboth. |
| Aram. | Delbora. |
| Aminadab. | Gedeon. |
| Naaſon. | Abimelech. |
| Salmon. | Thola. |
| Booç. | Jair. |
| Obeth. | Jepte. |
| Jeſſe. | Abeſſa. |
| Dauid. | Abilon. |
tuis/viuificabit ⁊ mortalia corpora nr̄a/
ꝓpter inhabitātem ſpūm eius in nobis.
Hec eſt eniꝫ maſſa ficus/quā ſup vulnus quarti Re
eçechie ipoſuit Eſaias: dulcis. ſ. ⁊ ſuauis gum. 20.
reſurrectionis ꝓmiſſio. Maxima quippe
medela eſt firma egrotātib⁹ ſpes ſalutis.
Et bn̄ ait ſcriptura anteq̄ꝫ egrederetur
Eſaias mediam partē atrij factus eſt ſer
mo dn̄i ad eum/dicens. Reuertere ⁊ dic
Eçechie duci populi mei ⁊c. q: nimiruꝫ
prius facta eſt nobis de reſurrectione ꝓ/
miſſio/q̄ꝫ mortis eēt in chriſto data ſentē
tia ꝯſumata. Prius inquā nos fecit ſpūs
ſanctus de ſpe vite gaudere/q̄ꝫ debitum
mortis huius in vaſis fictilibus pſolua/
mus: ꝓpter qđ ⁊ leti imus ad morteꝫ/vt
pueniamus ad vitam. ¶ Et notāduꝫ ꝙ
mors iſta momētanea/infirmitas eſt po/
tius dicēda q̄ꝫ mors. Nec enim iſta erit Eſa. 38.
mors quā memorat Eçechias/cuꝫ dicit:
q: nō infernus cōfitebif tibi/neq; lauda/
bit te mors: ſed illa que deuorat ⁊ nō red
dit: ſempq; quos occidit poſſidet in iſer
no captiuos. Utiq; ⁊ alij medici p̄dicunt
hoies morituros: ſed nō ſicut Eſaias ꝓ/
pheta: q̄nimo ſicut dn̄s Eſaie/qui dixit:
Et penituit ſup dicto qui mortis ſenten
tiam itulit ⁊ vitaꝫ dedit. Et bn̄ ad ſignū
qđ poſtulauit Eçechias in augmētum il
lius diei decem lineis ſol eſt reuerſus: q:
decalaguꝫ mādatoꝝ qđ per ſe hoies por/ Act. 15.
tare nō poterāt/dono ſpūſſancti portaue
runt. Ut enim primus adam in meridie Gene. 3.
peccās vſq; ad ꝓfundum noctis in gn̄e
humano ꝓlapſus eſt: ita ſcđs adam no/
cte quaſi media natus/⁊ an̄ lucis crepu/
ſculum reſuſcitatus ad pfectū vſq; diem Joan. 20.

Universidad de ... Bib

Luce vlᵒ resuſcitatus ſublevatus aſcendit. In pri-
mo naq; parēte cecidimus in paradiſo:
Gene.3. in ſcdo ſurreximus in inferno. Erāt eniꝫ
in paradiſo/qui peccādo ceciderūt a glo-
ria. Erāt in inferno/qui penitēdo a pec-
catis ſurrexerūt a culpa. Unū ꝛ Joānes q
aliquā teſtamēti veteris typuꝫ gerit in eo
qđ dicit: qui de terra eſt/de terra loqtur.
Joan.3. Circa ſolſtitium eſtiuū quo tpe incipiūt
minui dies/noctes aūt creſcere/natus eſt/
dei aūt filius nō tunc: ſed circa ſolſtitiuꝫ
hyemale tpe.ſ.quo noctes minui icipiūt
ꝛ dies augeri: vt illud ſuis vocibus indi-
cet ordo rerum: ꝙ ipſe qui vox verbi eſt
Ibidem. lingua ſua teſtata eſt dicēs: illum opꝫ cre-
ſcere/me aūt minui. Et recte horologiuꝫ
illud in quo factum eſt ſignū achaꝫ regis
iniqui ꝯtinebanť cronice patruꝫ/ꝛ anno-
rum deſcriptiones/in iudeoꝝ pplō cōſti-
tutuꝫ fuit. Qđ tñ velut iure hereditario
trāſijt ad ppłm gētilem/deſignatū in eze-
chia: in quo trāſeunte nocte ꝓterite igno-
rantie/nō ſoluꝫ datū eſt gētili pplō vt lu-
ceret ei ſol iuſtitie chriſtus/donec cōplea-
tur vnus dies ſue ꝓſperitatis: verūetiam
ex dono grē augereť dies ipſe gñationi-
bus decem: ꝙ qliter cōpletum ſit in pce-
denti volumine dictum eſt. Cap.20m

[L]ocus eſt vt loquamur de ſe-
xta diſtinctione: in qua Eze-
chiel ꝛ Daniel ꝓphete ſan-
ctiſſimi in trāſmigratiōe cla-
ruerunt. Et de his qđ dicen-
dum? Significare Ezechielem ꝓphetaꝫ
Greg. ſup Ezech. vnigenitum dei filium veniētem in mū-
dum: ſanctus papa Gregorius ſufficiēter
edocuit. Danielem vō ꝓphetaꝫ ſignifica-
re ſpiritūſanctuꝫ ſicut ꝛ ioſeph ꝛ ioſue ꝛ
ſamuel ipſa ꝓrogatiua caſtitatis inſinuat:
que vbiq; pene cum occurrit ſpūiſancto
ſolet aſcribi: eo ꝙ ſit ipſe amor dei ꝛ effu-
ſor ſpūalis voluptatis/quaꝫ nemo nouit
niſi qui accipit. Haud dubium ꝙ in cor-
da eoꝝ qui amore voluptatis illius car-
nalem ꝛ imūdaꝫ delectationē deſpiciūt.
Nō ſolum aūt ꝓpter hoc/verūetiam pro
eo ꝙ Ezechiel ꝓpha obſcuris ſatis enig-
matibus inuolutus eſt: daniel manifeſtus:
quatenus ex hoc ipſo itelligať tacite qđ
dñs ait. Multa habeo vobis dicere ſed Joan.16.
nō poteſtis portare mō: cum aūt venerit
ille ſpūs veritatis/docebit vos oēm veri-
tatem. Neq; enim caſualiter actuꝫ eſt: vt
Hieremias ꝓpheta nollet deſcendere in Hier.40.
babylonem. Duo vō iſti ꝓphete ꝓpter
ppłm qui ibi erat pro ſuis ſceleribus de-
putatus mitterenť cum eo. Nimirum qꝛ
ſolus pater miſſus nō eſt ad redimēdum
genus humanū/ꝯſtitutum in lacu miſe- Ad gal.4
rie ꝛ luto fecis. Filius vō miſſus pro aſ- Act.2.
ſumptione carnis: ſpūſſanctus in ſpē lin- Gen.18.
guarum ignis: ſm ꝙ nec dum dño rece-
dente a ꝯſpectu habrae duo angeli ad ſo-
domā miſſi ſunt. Haud dubium ꝙ in ty-
po filij ꝛ ſpūſſancti/qui ꝛ in illis ꝛ per il-
los loquētes iniuriaꝫ ab ipſis paſſi ſunt.
Scribiť aūt primus Ezechiel qui ſignifi- Sup.c.3
cat filium: qꝛ in qrta diſtinctione ꝓceſſit
Eſaias qui ſignificat ſpiritūſanctum.

Capitulum 21m.

[S]ub eodeꝫ quoq; tpe ſexto qđ Per cyrū regeꝫ perſaꝝ ꝛ Darium regem medoꝝum.
diuiſum eſt excidio babylo-
nis ſecuti ſunt duo alij vene-
rabiles viri/per quos reedifi-
catum eſt ſcdo tēplum dñi. Joſue.vꝫ.fi- Dan.5.
lius ioſedech ſacerdos magnus: ꝛ zoroba-
bel filius ſalathiel: de qbus ſcriptum eſt
iter cetera in libro Eſdre. Surrexit ioſue
filius ioſedech ꝛ fratres eius ſacerdotes: ꝓmi Eſd.
ꝛ zorobabel filius ſalathiel ꝛ fratres eius 4.
ꝛ edificauerūt altare dei iſrael. Et hec q-
dem de ꝯſtructione altaris. Ubi autē fit
mētio de fundatione tēpli ꝓſcribiť zo-
robabel in aggeo ꝓpheta. Porro in Za- Aggel.2.
charia ꝓſcribiť Joſue de quo ꝛ dr. Oſten- zacha.3.
dit mihi dñs Jeſum ſacerdotē magnum
ſtātem coram angelo dñi. Et rurſuꝫ poſt
aliqua que de eo ſcripta ſunt. Ecce ego
adducam ſeruū meuꝫ orientem: qꝛ ecce la-
pis quē dedi coram Jeſu ſup lapidem vi-
uum/ſeptem oculi ſunt. Hoc eſt verbum zacha.4.
dñi ad zorobabel dicēs. Non in exercitu
nec in robore/ſed in ſpū meo dicit dñs
exercituuꝫ. Et paulo poſt. Manus zoro-
babel fundauerūt domū iſtam/ꝛ manus
eius ꝓficiēt eam: ꝛ ſcietis qꝛ dñs exerci-
tuum miſit

tuum miſit me ad vos. Quis eniꝫ deſpe-
xit dies paruos? letabuntur ꝛ videbunt
lapidem ſtagneum in manu zorobabel.
Septem ſunt iſti oculi qui diſcurrunt in
vniuerſam terraꝫ. Igitur in libro Eſdre
primo qdem ꝓſcribiť Joſue: ſcdo zoro-
babel typum gerēs ſpūſſancti: cui ꝛ ſub-
ſcribiť filiꝫ ſm ꝙ hō eſt. Et ſm ꝙ dictū
In ſymbᵒ Alce.15. d.c. canones.ꝛ.25. d.tertij. Joan.16. eſt de eo qui cōceptus eſt de ſpūſancto: ꝛ
ꝓſcribiť in hoc qđ dicit de ipō. Ille me
clarificabit qꝛ de meo accipiet ꝛ annun-
ciabit vobis. Significari vō in Joſue ſpi-
ritūſanctum: in zorobabel chriſtū Jeſuꝫ:
ēt tribus ipſe ex qbus deſcēderunt aper-
tiſſime innuit in hoc.vꝫ.ꝙ vna earum
De tribu iuda ꝛ beniamin.tertij Reg.xij ꝛ.12. Tribus leui q̄ erat mixta in iſrael reuerſa ē ad iudā: ne fedareť idolatria hieroboam. iiij reg.12 fuit leuitica/altera regalis. Cum iſte tri-
bus ponunť ſimť/in vna deſignať filius/
in altera ſpūſſanctus excepto cuꝫ adiun-
giť eis alia tribus in qua filius debet de-
ſignari: vt eſt in eo loco vbi ſcribunť ſi-
mul iuda beniamin/ꝛ leui. Tunc etenim
in Juda deſignať pſona patris: in benia-
min pſona filij: in leui pſona ſpūſſancti.
Si aūt ſubmoto leui adiungitur eis Jo-
ſeph: tunc ꝓfecto ioſeph typum gerit ſpi-
ritusſancti. Sed ꝛ qñ amoto beniamin i-
terſcribiť leui/tunc in iuda ſignificať pſo-
na patris/ꝛ leui pſona filij/in ioſeph ſpiri-
tusſancti. Hic igitur vbi ponunť ſimul
duo/qꝛ vnus eſt de leui alius de iuda: ꝓ-
fecto is q ꝛ de leui imaginē gerit ſpūſſci-
tanq; his qui iure ordinis ſui amplius
ſpūaliter vixit. Qui autē de tribu iuda
Aggel.2. ꝛ zach.3. ꝛ.4. deſcēdit ſimilitudinem filij. Qđ ergo io-
ſue qui ꝛ Jeſus coopatus eſt zorobabeli/
tēplum dño ꝯſtruenti: typum ꝓfecto ge-
rit ſpūſſancti: qui vnigenito dei filio/tē-
plum vero dño edificāti/coopatus eſt in
oibus ſicut deus: ſm ꝙ de eo in pſalmoꝝ
Pſal.32. volumine ſcriptuꝫ eſt. Uerbo dñi celi fir-
mati ſunt: ꝛ ſpūs oris eius ois virtus eo-
rum. Et bñ ſtructura tēpli ſpāliter perti-
net ad zorobabel: ſacrificium vō qđ offe-
rebať in illo ad Joſue: ideſt alterū ad ꝓn-
cipem populi/alterū ad ſacerdotem. Qꝛ
ꝛ ſi per verbum chriſti colliguť electi/
neceſſe eſt tñ vt cum eis ꝛ inter eos ma-
neat iugiter ſpūſſanctus/qui offerat pro
eis ſacrificium dño: vt ipſe ſuccendat in
eis ignem amoris ſui/fumuꝫ orōnum in
odore ſuauiſſimū deo ſuo: iuxta illud qđ
ſcriptuꝫ eſt. Dirigať oratio mea: ſicut in- Pſal.140.
cenſum in cōſpectu tuo. Igiť viri iſti ſe-
ptio loco ſcripti ſūt: nō eo ordine ſcripti-
ſunt/quo illi qui preceſſerūt/ſed viciſſiꝫ:
vt equalitas que pro honore mutuo vi-
debať eſſe occulta hic/vbi in vno gradu
cōſumatio eſt velut in vna cōmuni ſede
demonſtreť apte. Sigdem in Joſeph ꝛ
ſamuel ꝛ Eſaia pelata ſunt myſteria ſpi-
rituſſancti/ꝛ tribus vicibus myſteria fi-
lij: ita vt alia alijs videanť pferri: ꝛ ad
vltimuꝫ in equalitate ꝯſumationem ac-
cipiunt. Jccirco aūt ſexto tpe geminata
ſunt pſcripta myſteria: qđ me iam alio Sup.c.8.
loco cōmemoraſſe recolo. Quia ſicut filij
iſrael aſcēdentes de egypto duo gomor
in ſexto die/de pane ſibi dato diuinitᵘ pro Exo.16.
ſexto.ſ.ꝛ pro ſeptimo colligere ſolebant:
ita ſub ſexto tpe peracta ſunt ſimul duo
vltima ſigilloꝝ: quatenus tpe ſeptimo
qđ datum eſſet in ſabbatum gereret vi-
ri ſancti ab ope ſcribendoꝝ libroꝝ: in q-
bus māna celeſte/qđ eſt cibus aie/ꝯtineť.

Capitulum 22m.

[C]onſumatis operibus teſta-
menti veteris/pertinētibus
ad ſex ſignacula libri/ſiue ad
ſex tēpora laborioſa/qbus ſa-
cra verboꝝ ſemina in horreis libroꝝ col-
lecta ſunt. Mox in diſtinctione ſeptima
que incipit a reedificatione muroꝝ hie- Eſd.ſcdi 2.ꝛ.3.c.
ruſalem/data eſt a deo requies populo iſ-
rael: ꝯtenus reedificata domo dei ꝛ mu-
ris ciuitatis/requieſceret per annos ali-
quot a prelijs nationuꝫ: ꝛ maxime a ſcri-
bendis hiſtorijs ꝛ faciendis libris: vt vi-
deretur aduenīſſe quaſi ſeptimus annus/
in quo non licebat ſm legem ſeminare ꝛ Exo.23.ꝛ
ꝯgregare in horrea quouſq; veniret octa- Leui.25.
uus annus: qui ſignificat tempus nouuꝫ
incarnationis dominice: in quo excolen-
da erant noua ſemina verboꝝ dei/ad cō-
plenduꝫ illud quod predixerat moyſes.
Donec naſcantur noua/vetera comede- Leui.25.
tis. Et illō. Comedetis vetuſtiſſima ve- ꝛ.26.

terum: ⁊ nouis ſuperuenientibus/vete/
ra proijcietis.

¶ Explicit ꝑma pars tertij libri: in qua
agiť de ſeptē diſtinctionibus aptionū.

¶ Incipit ſecūda pars: de primo ſig na/
culo. Capitulum primum.

TErminus ſcri/
ptu
re canonice in hoc erat ar
ticulo tpis ſtatuēdus: in
Luc. 1. quo miſſus aū faciem dn̄i
Math. xj. Joannes baptiſta factus
⁊ Lu. 16. eſt finis veterum ⁊ initium nouoꝝ/dicē/
te dn̄o. Lex ⁊ ꝓphete vſqȝ ad Joānez ba
ptiſtam. Sed qꝛ mos eſt eoꝝ qui noctur/
no tpe conuiant viatores aliquātuluȝ cū
eis in aurora ꝓcedere oſtēdere illis adia/
centia loca/⁊ totius ſigna itineris itima/
re: non preter rōnis ordinem poſtea que
Apoc. 6. per ſeptem ſignacula ſcripta ſunt: in pri/
⁊ .j. ma aptione ſigilli per apl̄os ⁊ euāgeliſtas
a ſcō ꝓphete ſpū libri ad hoc myſtici ſcri
pti ſunt. In qbus ⁊ ſignaculi primi ma/
nifeſta eſſet oſtenſio ⁊ alioꝝ inditia ſigil/
loꝝ. Nōnulla eniȝ in eis hiſtorialiter ac/
cipimus ſm̄ ipſius littere veritatē ⁊ mul
ta plura in ſpū nō littera: nōnulla v̄o in/
ter vtrūqȝ. Sic enim ea que futura ſunt
myſterialiter ꝯtinent: vt tn̄ ea ipſa deſi/
gnēt que olim ſignificata fuerūt in vete/
ri teſtamēto: q̄ȝuis ⁊ nōnulla ita iuxta te/
xtuȝ hiſtorie futura ſunt: vt ſimplex ipſa
littera reſonare videť/iuxta illō. Venient
dies qn̄ deſideretis videre vnuȝ diem fi/
Matt. 24 lij hoīs: ⁊ niſi breuiati fuiſſent dies illi/
Mar. 13. nō fieret ſalua oīs caro: ⁊ his ſimilia. Sȝ
nunqd in re iſta a ꝯcordia veteruȝ diſcor
dať? Minime. Sic enim in teſtamēto ve
teri non oīa que futura ſunt/myſtice di/
cta erāt ita ⁊ nunc. At in hoc tm̄mō dif/
ferētia ꝙ veteris teſtamenti volumina ꝑ
ſex pretaxata tempora ſcripta fuere: noui
v̄o in primo tm̄: qꝛ. vȝ. tunc vt manentes
in tenebris ſemꝑ indigebāt ductore: nūc
⁊ illuminati gr̄a Chriſti iter noſtrum qō
eſt in ſpū ꝯtemplādo ꝑagimus. Vt enim
pium eſt apud patrem paruulo filio con
cedere pedagogus: ita iuſtum eſt auferre
q̄ȝtotius ab adulto/ne aut ille ſi nō habȝ
corruat: aut iſte ſi nō caret bonuȝ liberta
tis admittat. Tanta v̄o ꝑfectio in octauo
numero: vt cōſumatis in eo legibus pri/
mis/noua quaſi ſecula procreenť/dicente
Math. xj dn̄o. Inter natos mulieꝝ nō ſurrexit ma
ior Joāne baptiſta: qui autē minor eſt/in
regno celoꝝ maior eſt eo. Igiť in tpe iſto
qō primum eſt in teſtamēto nouo/octa/
uum ⁊ extremū in veteri: data eſt fidelis
ſimilitudo eoꝝ que geſta ſunt ſub ſigna/
culo ꝑmo: trium. vȝ. patriarcharum: ha/
braam. ſ. iſaac ⁊ iacob: duodeciȝ quoqȝ pa
triarcharum ⁊ duoꝝ pueroꝝ filioꝝ Jo/
Gen̄. 12. ⁊ ſeph/⁊ ſi qō ſiľe. Eteniȝ pro habraā/iſaac/
j. 21. 41. ⁊ iacob dati ſunt zacharias/Joannes ba/
49. ⁊c. ptiſta ⁊ hō chriſtus Jeſus. Pro duode/
Luce. 1. cim patriarchis duodecim apoſtoli. Da/
Math. 1 tus eſt ēt ſpāliter pro iuda/petrus: pro io
Luce. 2. ſeph euāgeliſta Joānes: pro duobus ne/
Math. x Mar. 6. potibus patriarchaꝝ/manaſſe ⁊ effraim/
Luce. 9. mathias ⁊ ioſeph/qui cognominatus eſt
Math. 4. iuſtus. Nouiſſime pro Moyſe datus eſt
Act. 1. ⁊ paulus: pro aaron barnabas. Et rurſum
13. qꝛ patriarche morte ꝓhibiti ſunt mane/
re/electi ſunt per tribus ſingulas duode/
Nūi. 7. cim principes in ſupplēdis locis patriar
⁊. 13. charum: iter quos caleph ſucceſſit in lo/
Joſue. 15 cum iude: ioſue in ioſeph. Ea ꝓpter ſicut
⁊ libro io/ iudas/ita ⁊ caleph ꝯcordat cum apl̄o pe
ſue ꝑ totū. tro: ⁊ ſicut ioſeph/ita ⁊ ioſue cum euāge/
liſta Joāne. Venerat enim tp̄s/vt ſermo/
ad Ro. 9. nem breuiatū faceret dn̄s ſuꝑ terraȝ. Vt
qō illuc in annis quadringētis ⁊ eo am/
plius myſterialiter geſtuȝ eſt: hic iſra an/
nos quaſi cētum/ſeu typice ſeu in cōcor/
dia ꝯſumatum apparet. Ecce hoc eſt re/
cte diuinum in quo ruit prudētia ſuper/
borum: in quo ⁊ aīalis defecit itellectus.
Concordat igiť cum Moyſe paulus/pe
trus cum caleph: ioānes aūt cum ioſue.
Caleph iubēte dn̄o data eſt in poſſeſſio/
Joſue. 15 ne ebron: in qua ꝓceſſu tpis rex Dauid
poſſedit ⁊ tenuit ſceptrum/prius q̄ȝ re/
ꝑme petri gnaret in hierl̄m. Sed ⁊ Petrus ſedit
vltimo. rome ſuꝑ ꝯuentum fidelium: qui ibi erat
Noīe ba/ cōgregatus iudeoꝝ ⁊ gētium: ⁊ poſt ali/
bylonis. quot annos romanus pontifex/qui ſuc/
ceſſit pro



ceſſit pro tpe/ſolēnem obtinuit principa
tum: prius. ſ. q̄ȝ ꝑueniret ad illum ſtatuȝ
in quo pro viſione pacis/hierl̄m vocari
Joſue. 13 mereret eccleſia. Porro ioſue ⁊ Joānes
⁊. j. tanta ſe cōcordie ſinceritate reſpiciūt: vt
Apoc. 1. ſicut ille ſeptē tribubus/ita iſte ſepteȝ ec/
⁊. j. cleſijs diuiſerit hereditatē. Habens ergo
diurnum iter gradere ſecurus per itine/
ra lucis. Neqȝ fas eſt pedagogum expo/
ſcere vbi liber eſt egreſſus/etas/lumē/ſe/
mita ⁊ prioꝝ exēpla. Verum hec oīa nō
tam ꝑtinent ad ſignaculuȝ primuȝ q̄ȝ ad
ea que geſta ſunt circa ip̄m ſignaculum.
Exo. 14. ¶ Signaculum primū ꝯflictuȝ reſpicit
⁊ circa. egyptioꝝ ⁊ filioꝝ iſrael: qō tunc veraci/
Matthei ter cōpletum eſt/qn̄ ꝯtrita ꝑfidia iudeoꝝ
vltimo. chriſtus reſurrexit a mortuis. Tūc eteniȝ
Exo. 12. ⁊ mortua ſunt primogenita egyptioꝝ: tūc
14.
ad Ro. 6. pharaonis currus deſcēderunt in mare:
filij v̄o iſrael tranſierunt incolumes per
mediuȝ eius: qꝛ nimiꝝ exterior noſter hō
crucifixus eſt ſimul/vt deſtruať corpus
peccati: nouuſqȝ hō cū chriſto a morte re
Per Titū ſiliat peccatoꝝ. Sed ⁊ tūc iudeoꝝ regnū
⁊ Veſpeſi. abſortum eſt: vt regnū inciperet chriſtia/
noꝝ: tunc demonioꝝ currus deſcēderūt
in mare: ⁊ electi dei quos mors ipſa te/
nuerat in canticis letitie remanerēt cum
chriſto. Vt ſm̄ triplicis intelligentie for/
mam aīe gētiles ⁊ mortui vocarentur ad
vitam: ⁊ illud multiformiter apparet cō/
Apoc. 6. pletuȝ qō Joānes ait. Vidi ⁊ ecce equus
albus ⁊ qui ſedebat ſuper eum/data eſt il/
li corona/⁊ venit vincens vt vinceret.
¶ Equus eteniȝ albus cui preſidet chri
ſtus/ipſa eſt primitiua eccleſia/ipſe ꝑmi/
tiuus electoꝝ ꝯuentus. Sedēs igitur in
equo albo chriſtus eſt rex iuſtitie/cui da/
ta eſt a p̄re corona victorie/ſm̄ ꝙ homo
eſt: nō ſm̄ ꝙ deus: qui reuera venit vin
cens vt vinceret: vt mūdum ⁊ mūdi ꝑn
cipem debellando ꝓſtraret/ſicut ipſe allo
Joan. 6. quens diſcipulos ſuos/de ſeipſo teſtatus
eſt dicēs. In mūdo qdem preſſuram ha/
bebitis: ſed cōfidite qꝛ ego vici mūdum.
Hec ſane victoria illa eſt/qua non mō ty
rānicum iudeoꝝ regnuȝ/verūetiam ⁊ gē
tiliū chriſti ſceptro ſubiecit: ſicut ip̄e ſuis
famulis promiſit/dicens. Nolite timere Luce. 12.
puſillus grex qꝛ complacuit patri veſtro
tradere vobis regnū. Vt eniȝ ſemen iſrl̄ Exo. 1.
diu ſe affligētes ſuꝑauit egyptios: ⁊ dele/ ⁊. j.
tis chananeoꝝ ſentibus/illoꝝ obtinuit
hereditatem. Ita chriſtianoruȝ genus iu Libro Jo
daicam ſuperauit perfidiam: ⁊ deuictis ſue.
idolorum cultoribus/romanum toto or/
be ocupauit imperium.

¶ De ſcdo ſignaculo. Capl̄m 2m.

NOn ſic ſe hn̄t ſignaculorum
mete: vt ſtatutos limites pe
nitus in nullo cōicent: ſed
ſicut ſolet fieri in obſerua/
tione ſemētis. Neqȝ eniȝ al/
tero anno ordeum altero triticum ſeu fa
bam/aut ſi qō ſiľe pitus terre iacit agrico
la: ſed manēte adhuc alio in pulueribus
terre/aliud atqȝ aliud ſeminat in ordine
ſuo: ⁊ eodē item ordine ⁊ qn̄qȝ prepoſte/
ro ea que ſeminauerat/ꝯgregare feſtinat.
Licȝ ergo ſcōm ſignaculū ab obitu moy Deut. vlt°
ſi/⁊ ex quo ioſue filius Num obtinuit ꝑ/
lationem in ppl̄o iſrael inchoaſſe dixeri/
mus: pugne tn̄ ille que in deſerto ſunt ha Nūi. 34.
bite/viuēte adhuc moyſe famulo dn̄i/q/
bus ruben ⁊ Gad ⁊ dimidia tribus ma/
naſſen poſſeſſionibus ſunt locate/ad ſcōȝ
nō eſt dubium ꝑtinere ſigillum: cum nec
dum primū ex toto ꝯſumationē acciperet.
¶ In ſcdo itaqȝ ſigillo chananeoꝝ bella
⁊ alioꝝ quoqȝ gētium ꝯtineneť cōflictus:
quotqȝ a diebus ioſue vſqȝ ad dauid regē
in libro ipſius ioſue/⁊ in libro iudicū ſcri
pta ſunt. Quibus nimirum aſſimilata fo
re conſtat ingētia illa chriſtianoꝝ infide/
liumqȝ certamina: que poſt primos chri/
ſti apl̄oꝝ ⁊ iudeoꝝ ꝯflictus in ppl̄o gen/
tili ꝯſumata leguť. Vſqȝ. vȝ. ad tpa Cō
ſtantini: qn̄ noua hierl̄m eccleſia. ſ. petri
regali eſt coronata faſtigio: quēadmoduȝ
⁊ vetus illa hierl̄m in tribu iuda/nō aliā
reſpicit per ꝯcordiam q̄ȝ occidētalem ec/
cleſiam ſicut ediuerſo orietalem ſamaria.
Multe deniqȝ fuerunt familie iude/mul
Jonel. 15 te vrbes ⁊ caſtella ⁊ vici/ſola tm̄ hierl̄m
electa eſt in tēpluȝ dn̄i ⁊ vrbem regalem.
Et nimiruȝ latinoꝝ eccleſie multe ſunt/

Universidad d… Bi…

aliȷs alie dignioreſ:ſed tñ vexilluz regni/
romane eſt ſolēniter attributum eccleſie.
In oibus itaqꝫ iudeoꝝ ⁊ chananeoꝝ cō/
flictibus/chriſtianoꝝ ⁊ paganoꝝ certami
na deſignata ſunt:excepto ꝙ in cōtrario
ſeſe pugne reſpiciūt:ita vt ibi chananeo/
rum caſus victoria extiterit iudeoꝝ:chri
ſtianorum vo caſus/ruina extiterit paga/
norum.Nō poterant chriſtianos ſubire
mortem pro chriſto/niſi in paganoꝝ vi
ctoria.Judei nāqꝫ victoreſ erant/cū iugu
lare poterāt chananeos. Chriſtiani tunc
magis vincūt/cuz pro chriſto in corpore
moriunt. Chananei tūc ruebāt/cum iu/
deoꝝ perimebant mucrone.Pagani tūc
cadebāt/cum ꝯuertebant ad chriſtū:cuz
pcuſſi gladio/ſpūs carnaliter viuere deſie
bant.Miro ergo mō vita iudei/mortem
precioſam chriſtiani deſignat:mors autē
illius deteſtabilem vitā.Sed ⁊ vita cha/
nanei/mortē ſpūalem pagani:ruinam vo
eius beatiſſimā vitam.Tūc enim iudeus
male morit/cuz miſer chriſtianus deſerit
chriſtum ſuū.Tūc felix chananeus cadit
in p̄lio/cum verā paganus vitam recipit
qui eſt chriſtus.Quia vo magnum iſtud
eccleſie prelium:in quo antiquus ille ho
ſtis priuatus eſt regno ſuo:imperio.ſ.ro/
manoꝝ/qd poſſederat a diebus antiquis
non ſine chriſtianoꝝ ſanguine ⁊ infinite
multitudinis occiſione cōmiſſum eſt:re/
cte in aptione ſcdi ſigilli ſcriptū eſt in li/
Apoc.6. bro Apocaly.Et cum apuiſſet ſigillum
ſcdm/audiui vocem ſcdi aialis dicentis.
Ueni ⁊ vide.Et vidi : ⁊ ecce equus ruf/
ſus/⁊ qui ſedebat ſup eum/datū eſt illi vt
ſumeret pacē de terra:⁊ vt inuicem ſe ho/
mines iterficiant:⁊ datus eſt illi gladius
magnus.Quid enim in h loco per equū
ruffuz/niſi paganoꝝ exercitus deſignat?
Apoc.12 qui iccirco ruffus eē di ſicut ⁊ draco ma
gnus:q: ſemp ſitiens chriſtianoꝝ ſangui
nem/⁊ frequēter fundens/illius ſe made/
fecit ⁊ ſedauit cruore.Qui autē ſedebat/
regem ſignificat paganoꝝ:in qbus re/
gnabat homicida ille magnus/qui voca
bat diabolus ⁊ ſathanas/cui datus eſt gla
Apoc.6. dius magnus:poteſtas.ſ.faciēdi iudiciuz

⁊ verbum acutum/ad inſerēdam in pre/
cepto reſiſtētibus ſibi necem/ſm qd deſi/
gnatuz eſt in gladio goliath:gladius go primi Regum.17.
liath.ſ.vt ſeminaret ſcandaluz iter frēs ⁊
fratreſ/aſſumpta occaſione verbi dei:qui
lz volens pacem abſtulerit/coronam ta/
men martyrij miniſtrauit inuitus.

De tertio ſigillo. Cap.3m.

Terminatis in Dauid chana
neoꝝ p̄lijs/occaſione ſciſma/ ſcdi reg.8
tis:que facta eſt in regno ei⁹ tertij reg.
vt ſcinderet in duo:orta ſunt 12.⁊ infra
inter filios iſrael ⁊ iuda gra/
uia nimis ⁊ frequentia bella : ita vt ſeſe
mutuis deuaſtarēt mucronibus . Sed ⁊
ſyri qui erant decōtra/pugnare ceperūt tertij reg.
ꝯtra iſrael:cōtra filios aūt iuda qui erāt 15.⁊.14.
ex hac parte philiſtijm ⁊ alie finitime na
tiones:⁊ vſqꝫ ad tpa aſſirioꝝ/crebrius ſa
tis bellis ⁊ pene cōtinuis vtriuſqꝫ regni qrti Reg.
pplm affixerunt:ita vt in diebus azaelis x.⁊.13.
vſqꝫ ad iternitionem ꝯſumptus eſſet ab
exercitu ſyrie ppls iſrael:ſm ꝙ predixe/ qrti reg.8
rat in ſpū Helyſeus ꝓpheta. Quoꝝ
oium ſimilia acciderūt in eccleſia chriſti
ſub tertij ſignaculi aptione : inchoata q/
dem a diebus Cōſtantini auguſti:termi
nata vo in tpibus aut circa tpa Juſtinia/
ni:qui poſt Cōſtantinum auguſtum ma
gnus fuit ⁊ ipſe in numero principū ro/
manoꝝ.Sicut aūt illo tpe ſeparate ſunt tertij Regum.12.
decem tribus a domo iuda:ita ⁊ nunc oc
culto dei iudicio actuz eſt:vt grecoꝝ ec/
cleſie ſcinderent multiplr a latina/deſce/
rentes domū petri ⁊ ſucceſſoꝝ eius:⁊ cō
ſtituētes ſibi caput ꝯſtantinopolitanum
epm.Inuēte ſunt tñ in populo iſrael ali/
quāte reliquie:e qbus fuere illa ſeptē mi tertij reg.
lia viroꝝ:qui non curuauerūt genua ſua 19. ⁊ ad Romā.xj.
ante baal:⁊ in grecis ſilr.Erant quoqꝫ i/ qrti reg.2
ter eos qui potius nō inter ſed ſupra eos
helyas ⁊ helyſeus ⁊ filij ꝓphetaruz qui
erāt in hierico:pro qbus eremite viri ſan Ut baſili⁹
ctiſſimi/⁊ pcipue monachi/ſanctitatis in Athana.
grecoꝝ partibus dati ſunt:quoꝝ alta vi/ Criſoſto.
te inſignia admirari potius poſſumus qꝫ ⁊ alij.
preſumere.Errauerūt filij iſrael ⁊ iuda: tertij reg.
ꝓuocantes deum patrem ſuoꝝ in adin/ 12.15.16.⁊.j.
uentionibus



uentionibus ſuis:ſed tñ in filijs iuda bo
na vtcūqꝫ opa ſunt repta:eo ꝙ eēnt aliq
reges in hierlm de qbus dictum eſt per
ſingulos eoꝝ fecit qd erat rectum in cō/
qrti reg.12 14.15.18 ſpectu dñi:ſicut ediuerſo.De vno quoqꝫ
tertij ⁊ qrti Reg.c. multis, rege iſrael dicit ſcriptura:qd fecerit ma/
lum in ꝯſpectu dñi:q: nimiꝝ latina eccle
ſia:que velut altera tribus iuda/cuſtodi/
ta eſt a chriſto.Non vſqꝫ adeo pmiſſa eſt
errare cum grecis:qui aut vix aut nunqꝫ
ab erroꝝ ſordibus/imunes extitiſſe legū/
tur.Qui ergo ꝓpter ſcelera ei⁹ excitauit
regez ſyrie ꝯ iſrael/ipſe pp pares exceſſus
incitauit regē pſaꝝ ⁊ eoꝝ exercituz ꝯ gre
tertij reg. 20.⁊ quarti.13.c. cos.Aliqñ tñ vicerūt reges iſrael exerci
tum regis ſyrie:⁊ aliqñ gētes pſarum vi
ſe ſunt velle ꝯuerti ad fidē chriſti:⁊ mul
ti eoꝝ baptiʒari ſūt credētes ſicut greci
tertij reg. 12. tradiderūt in noie eius.Ibi hieroboam
abiecit ſacerdotes dñi:ne ſacerdotes fun
gerent:fecitqꝫ ſibi ſacerdotes excelſoꝝ ⁊
idoloꝝ/que poſuit in dan ⁊ bethel : ⁊ no
tertij reg. 16.18.19 uiſſime achab/occiſis ꝓphetis dñi/cōſti
tuerunt pro eis idolatras ⁊ ꝓphas baal.
Uide in legenda ſcti martini pape. Hic heretici epi/⁊ precipue ꝯſtantinopo
litani pſecuti ſunt catholicos ſacerdotes:
ſtatuētes in eoꝝ locis arrianos epos.In/
Uide in legenda ſcti Silucrij. greſſa nāqꝫ eſt ꝯſtātinopolitanū impiū al
tera illa hieʒabel cuz familia ſpurciſſima
ſcz gens gothoꝝ:que ſemel arriana effe/
cta/ad expugnādos ſacerdotes catholi/
Uide cronicā archiepi florentini pte.2. titulo.12. cos/⁊ ꝯſtituēdos arrianos ⁊ macedonia/
nos epos:nō mō auxiliata eſt in malum
verūetiam exupauit ⁊ vicit : cuius filia
velut altera athalia ad fedādam domum
iuda:hoc eſt latinoꝝ eccleſiam in diebus
Zenonis impatoris/pars ipſius gētis ef/
ferre preliādo trāſiuit. Et ſciēdum ꝙ cū
de aliqua femina bona vel mala teſtatur
ſcriptura in canonicis libris:iccirco cuz
aliqua ſecta vel eccleſia ſonat in textura
cōcordie : q: ſolent huiuſcemodi magne
femine hēre ſecuz familias viroꝝ ac mu/
lierum/quoꝝ ſit cum eis in bono vel ma
lo vnus ſpūs ⁊ vna voluntas. Hoc ergo
mō hieʒabel illa peſſima cum gēte barba
ra gothoꝝ:que ingreſſa eſt aulam orien/
talem/⁊ facta eſt quaſi vxor ꝯſtantinopo

litani auguſti ꝯuenire dignoſcit.Athalia
vo cum patre gothoꝝ/que intrauit ita/
liam:quo tpe vandali quoqꝫ ⁊ longobar
di/ac ſi alteri philiſtijm irruperūt de fi/
nibus ſuis/ad pſequēdam eccleſiaz:vt cō
pleret illud vaticinium Eſaie prophete.
Uertit ſyriam ab oriente ⁊ philiſtijm ab Eſa.9.
occidente:⁊ deuorabit iſrael toto ore.Or
vo gētes iſte/que ſub tertij aptione ſigna/
culi/arriana ipietate ſubuerſe ſunt/initē/
tes arrianis epis/viſe ſunt ſubuertere ve
ram fidem.Recte beſtia illa neqꝫ in qua Dañ.7.
quattuor in Daniele inxta ꝓnunciantur Apoc.6.
capita in libro Apocaly.equo nigro ſimi
lis eē perhibet:q: nimirum albi eſſe non
poterāt/que chriſtum lumē veruz in ſuis
pectoribus nō habebant . Seſſor huius
equi reges ⁊ epi arriani fuere. Hec vtiqꝫ
pſecutio nō ab alienis ſed e medio eccle/
ſie orta eſt:qui tñ decurſis annis/in exte/
ras conuaiuit nationes . Qui.vz.arriani Ibidem.
epi recte ſtateraz in manu baiulaſſe dicti
ſunt:q: de patre ⁊ filio ⁊ ſpūſancto quis
eēt maior aut minor/dialecticis diſputa/
tionibus ingrebant:qd cauēdum eē ele/
ctis dei vox/que iter quattuor aialia audi
ta eſt/cōmouit dicēs.Bilibris tritici de/ Ibidem.
nario vno:⁊ tres bilibres ordei denario
vno:⁊ vinū ⁊ oleum ne leſeris.In triti/
co enim deſignat intelligentia typica:in
ordeo hiſtorica:in vino moralis : ꝯtēpla/
tiua in oleo.His intelligētijs itelligunt
catholici/his diſputationibus ſeſe inquā
tum poſſunt exercentur tuent:vt ſm eaſ/
dem intelligētias pie interpretentur que
ſcripta ſunt:fidei magis ⁊ pietati inten/
dentes/qꝫ ſenſibus ⁊ humilitatis magis
gratia promerentes qꝫ ſtudio.

De quarto ſigillo. Cap.4m.

Quartum ſigillum qd ſequi/
tur poſt predictū ab aſcenſu
helye ſumpſit exordium.Et
in Ezechia rege iuda:vt ſu/
perius diximus/ꝯſumatur.
Cuius.vz.ſigilli apertio a tpe Juſtiniani
auguſti inchoata eſt . Terminata vo ſub
Gregorio papa 3o ⁊ ʒacharia:circa quoꝝ
tpa inchoata eſt aptio qrti ſigilli ablato

Universidad de Deusto Biblioteca

a ꝯſtātinopolitanis auguſtiſ/romane pa/
trocinatu eccleſie:⁊ collato Carulo fran
coꝝ pͥncipi/⁊ ſucceſſoꝛibus eius. Sub
quarti Re gum.13.
quarto itaq; ſigillo poſt vniuerſa pꝛelia
azaelis ⁊ benadab filij eiꝰ ſecuta ſunt bel/
la aſſyrioꝝ:ſub q̄bus regnum iſrael qḋ
quarti Re gum.17.
erat in ſamaria vſq;quaq; defecit:ſola in
ſucceſſione Dauid tribu iuda relicta. In
eccleſia v̄o poſt bella pſica ſecuta ſunt p̄/
lia ſaracenoꝝ/occupātibus eiſdem chꝛi/
ſtianoꝝ fines:⁊ duabus q̄ſi alis extēſis in
oꝛiētem ⁊ occidētez/ſm ꝙ p̄dixit Eſaias
ꝑpheta in typo regni aſſyrioꝝ. Cū eniz
metueret achaz a facie raſim regiſ ſyrie ⁊
filij romelie. Hec inter cetera locutus eſt
Eſa.8.
Eſaias ꝑpheta. Pro eo ꝙ abiecit ppl̄s
iſte aquas ſyloe/que vadūt cum ſilētio/⁊
aſſumpſit magis raſim ⁊ filium romelie:
ꝑpter h̄ ecce dn̄s adducet ſup eos aquas
fluminis foꝛtes ⁊ multas/regez aſſyrioꝝ
⁊ oēm gloꝛiā eiuſ:⁊ aſcēdet ſup oēs ripas
eius:⁊ ibit per iudam/inundans ⁊ tran
ſiens vſq; ad colluz:veniet ⁊ erit extēſio
alarum eius/implēs latitudinē terre tue
o emanuel. Dicit aūt h̄ Eſaias q̄ſi de po
pulo aſſyrioꝝ:ſed qḋ ait:erit extēſio alaꝝ
eius/implēs latitudinem terre tue o he/
manuel/apte inuit in hoc verbo qḋ non
tam de ppl̄o illo locutus eſt q̄z de popl̄o
ſaracenoꝝ/per quē videmus tam inume
ras deuaſtatas eccleſias. Culpa aūt pꝛeci
pue huius ruine oꝛta in gēte grecoꝝ que
abiecit aquas ſyloe:que vadūt cum ſilen
Joan.9.
tio:hoc eſt p̄dicationes ⁊ doctrinas apo
ſtolice ſedis. Syloe náq;/teſte euangelio/
interpꝛetaf miſſus:ſimil̄r ⁊ Apl̄s. Aque
igif ſyloe/decretales ſunt epl̄e apoſtolice
ſedis/ſeu ēt doctrine ſcōꝝ patrum nr̄oꝝ
que pꝛeponunf fidelibus cum ſilētio:eo
ꝙ in pace vocati ſumus a deo/nō tam ti/
moꝛe humano q̄z diuino/tenemur ſāctis
doctoꝛibus ⁊ romano pontifici obedire.
De ſepatione grecoꝝ a romana ecclia vide archiepm floꝛē. i cronica pte.3. titu.22.
At grecoꝝ eccleſie fugientes ꝯſoꝛtia lati/
noꝝ/cum beatū Petrum apl̄oꝝ p̄mum
⁊ eccleſiam ipſius/pꝛincipē eccleſiaꝝ ne/
gare nō poſſint:ne illi cēſura eccleſiaſti/
ca ſubijci cogerenf:ad terrenos pͥncipes
hūt ꝯfugium/eligētes magis mundano
culmini/q̄z chꝛiſti vicario obedire:⁊ he/
reticis ep̄is magis q̄z catholicis ſubiace/
re. Qꝛ igif iſtud magiſ elegerūt q̄z iſtud/
iuſto dei oīpotentis iudicio/date ſunt in
manus ſaracenoꝝ:per quos vt cuiuſdaz
magni fluminis illuuione ipulſe domus
rena poſite coꝛruiſſe noſcunf. Neceſſe eſt
In hiſtoria Eccliaſtica. ⁊ Augu. ꝯtra arrianos.
enim vt domus coꝛruāt/que in petri nō
reſidēt fundamento. Uerum qꝛ latinum
quoq; ppl̄m erroꝛ ſedauerat arrianus/ne
ceſſe erat vt participarēt calici/qui ſocij
extiterāt delictoꝝ. Multas náq; latinoꝝ
eccleſias in affrica ⁊ in hyſpanijs ſcitas:
⁊ alias atq; alias in littoꝛibus maris con
ſtitutas/gens ipſa peſtifera occupādo de/
leuit. Quaſi ergo ſepe ſcriptus ppl̄s alas
ſuas extēdit ad volādum/implēs latitu/
dinem terre chꝛiſti:quia egreſſus a locis
ſuis verſus oꝛiētem ⁊ occidētem/dilata/
tus eſt in roboꝛe ſuo. Cum ꝑphetia ipſa
cuius tam ſunt clara myſteria/nec dum
ſm totum videaf eſſe cōpleta. Cōplebi/
tur aūt ſub ſexta apertione/que ſub quar
ta eſſe cernimus inchoata:cum ſub eadē
intelligētia illud quoq; ꝯſumationē acci
piet/qḋ ſcriptum eſt in Daniele ꝑpheta.
Dan̄.7.
Beſtia quarta/quartū regnuz erit in mū
quarti Re gum.17.
do/⁊ deſtruet vniuerſaz terram. Igif ſub
quarto ſignaculo p̄ualētibus aſſyrijs hu
miliata eſt ſupbia iſrael:⁊ ſub aptione q̄r
ti ſignaculi/p̄ualētibus ſaracenis/humi/
liata eſt ſupbia gentis grecoꝝ : datis illis
magnis eccleſijs/que patriarchatus fun
gebanf honoꝛe in manus alienoꝝ ⁊ p̄mi/
tiuis illoꝝ ſedibus in poteſtatē inimici.
Defecit ēt in eis imitatio illa ſanctoꝝ:de
quarti Re gum.1.
qua extollebanf apud latinos ⁊ ſimilitu/
do helye ⁊ helyſei ⁊ filioꝝ ꝑphetarum/
qui erant in hierico. Haud dubiū ꝑpter
Luc.16.
illud qḋ dn̄s dicit in euāgelio. Qḋ altuz
eſt hoībus/abhominatio eſt apud deum.
Nec illud moueat qḋ cōſtantinopolita/
nus impatoꝛ manet vſq; ad p̄ſens in glo
ria ſua:qꝛ aliud eſt qḋ ptinet ad munda/
nos pꝛincipes:aliud qḋ ad clerum:aliud
qḋ ad arma militaria : aliud qḋ ad leges
diuinas. Sicut eni illo tpe alius erat rex
egypti:alius rex iſrael qui ⁊ ꝯfugerat ad
ipſum.



ipſum. Sic in nouo teſtamento aliud eſt
qḋ pertinet ad mundanum impatoꝛem:
aliud qḋ ad paſtoꝛem oꝛientalis eccleſie:
quoꝝ vnus qui dictus eſt ꝯſtantinopali/
tanus aduerſus romanū pontificem/qui
eſt vt ita dixerim/de filijs ⁊ de domo da/
uid/potētia imperatoꝛis ſe uite curauit/
quaſi excuſationem habeat apud deum:
qui obſiſtēte humana potētia/diuino tn̄
examini in fine relinqf iudicādus. Quā/
tertij Re gum.12.
uis eni decem tribꝰ recederēt a deo patrū
quarti Re gum.17.
ſuoꝝ ⁊ a domo dauid/vſq; ad tpa aſſyrio
rū:nō deerāt tn̄ q q̄rerēt deuz ſuū ⁊ ado
rarent in tēplo dn̄i qḋ erat in hierl̄m:de
tertij Re gum.19.⁊ ad Ro.xj
quoꝝ nūero erāt illa ſeptem milia viroꝝ
q nō curuauerūt genua ſua añ baal. Un̄
tertij Re gum.17.
⁊ helyas qui fuerat de galaat/miſſis litte
ris ſuis ad ioꝛam/increpauit eum valde
ſcḋi para li.21.
ꝙ nō ambulauerit in via ioſaphath pr̄is
ſui/ſed in via regum iſrael. Silr̄ ⁊ Hely/
ſeus cum veniſſet ad eum achab rex iſrl̄
cum ioſaphat rege iuda ⁊ iterrogauit eū
q̄rti reg.3
reſpōdit. Uiuit dn̄s exercituuz in cuius
ꝯſpectu ſto:ꝙ ſi nō vultū ioſaphat regis
iude erubeſcerem/nec attēdiſſem q dem
te/nec reſpexiſſem. Hec iccirco dico/vt i/
Ut Criſo. Baſilius. Atha. ⁊c̄.
telligamus a ſimili ſcōs patres grecoꝛuz
ſemp adheſiſſe aīo pontificibus romanis
q̄zdiu ꝯſtātinopolitani impatoꝛes poſſe/
derunt Italiaz. Qḋ tn̄ bonum ex eo tpe
quo romanū impium trāſlatuz eſt ad frā
cos. Et tam̄ multe grecoꝛuz eccleſie date
ſunt in manus inimicoꝝ ſuoꝝ/occaſione
diuoꝛtij ⁊ pſecutionis:necnō ⁊ diuiſione
terrarum defecit penitus in gēte grecoꝝ
adeo vt ſicut tribus iſrael elongate ſunt
coꝛpoꝛe a tribu iuda : ita eccleſie grecoꝝ
recederēt aīo a latina eccleſia : ita vt iam
in eis ex magna parte videamus comple
Apoc.xj.
tum qḋ ſcriptū eſt in libꝛo Apocalypſis.
Atrium qḋ eſt foꝛis tēplum eijce foꝛas:⁊
ne metiaris illud qꝛ datum eſt gentibus.
Sane idem ppl̄s ſaracenoꝝ/cui datuz eē
cernimus atrium tēpli:oſtēſuz eſt in ſpe/
Apoc.6.
cie equi pallidi:⁊ qui pꝛeſidebat vocabaf
moꝛs. Haud dubium ꝙ maumeth ⁊ ſuc/
ceſſoꝛes ipſius qui tam infinite multitu/
dinis factus eſt occaſio ⁊ cauſa moꝛtis:
quouſq; veniat ille qui vocaf infernus:
Apoc.6.
de quo ⁊ dr̄:⁊ iſernuſ ſequebaf eū. Quā/
uis enim ſub aptione quarti ſigilli fecit
equus iſte tot mala ſup terraz:nihilomi/
nus tn̄ ferocitas ipſius vſq; ad ſextuz ſi/
gnaculum pſeuerare debet. Et ſi nō deſit
alia clades inter vtrunq; tempus perti/
nens ad operationem q̄nti ſigilli:de qua
ſi dabitur poſſe in ſequenti loquemur.

## ¶ De quinto ſignaculo. Cap.5m.

APertio quinti ſignaculi in/
choata eſt a diebus Zacharie
pape:qui reſpicit in ꝯcoꝛdia
Ezechiam regez iuda. A die/
q̄rti reg.18 ⁊.j. de papa zacha. vide archiepm floꝛētinū in cronica. pte.2 titu.14.
bus deniq; pape zacharie ce
perūt reges francoꝝ/romanū obtinere i/
perium. Fuit enim rex babylonis:cuius
pꝛimo facta eſt mētio in libꝛo reguz/ami/
cus Ezechie:nec minus p̄mi reges fran
coꝝ/amici pontificum romanoꝝ. Sane
quarti Re gum.20.
circa finem ſurrexit rex alius in babylo/
q̄rti Reg. 24.25.
ne:per quem humiliata eſt valde ſupbia
hierl̄m:ſm ꝙ ⁊ nunc a diebus Henrici
pꝛimi impatoꝛiſ alemanoꝝ q̄buſdam in/
tricatis queſtionibus anguſtaf eccleſia.
¶ Et ſciēdum:ꝙ ſub q̄nto ſignaculo ſa
cta eſt pꝛimo mētio de babylone:nimirū
qꝛ multitudo chꝛiſtianoꝝ que a pͥncipio
eccleſie pꝛo maioꝛi quātitate bonoꝝ dici
poterat hierl̄m/iam nūc pꝛo infinita nu/
meroſitate maloꝝ dicenda eſt potiꝰ baby
lon:q̄zuis nec tūc defuerint qui ptinerēt
ad babylonez:nec mō qui ptinēt ad hie/
ruſalem. De quoꝝ numero ſunt ⁊ illi de
q̄bus in aptione q̄nti ſigilli dictuz eſt in
Apoc.6.
libꝛo Apocaly. Uidi ſub altare dei aīas i/
terfectoꝝ ꝑpter verbum dei/⁊ ꝑpter te/
ſtimoniuz qḋ habebāt. Dictuz eſt h̄ de il
lis inocentibus:qui ꝑpter verbum dei ⁊
teſtimonium veritatis qḋ hūt in ſemet/
ipſis/occidunf in ſinu matris eccleſie a fi
lijs huius mūdi. Siue qꝛ nolūt ſepari a
ſinu matriſ eccleſie in tpe ſupboꝝ:ſiue qꝛ
ſic tradunf incoꝛpoꝛati/vt nequeāt ſepa/
ri. Sicut nōnunq̄z accidit in eccleſia dei/
Matt.24
⁊ etiam cuz ꝯſurgit ⁊ regnum aduerſus
regum in ppl̄o chꝛiſtiano. Et aliqui non
attendētes tpalem pꝛoſperitatem:ſed tn̄

Universidad de Deusto Biblioteca

ne faciant irritum iuramentum ⁊ pri/
mam fidem eligūt magis moꝛi in ſimpli
citate ſua ⁊ trucidari a militibus aduer/
ſe partis:q̄ȝ ſoluēdo iuſiurādum peccare
in facie dei ſui. Et tales qdem martyres
multos aſſidue lucraꝛ eccleſia. Sed qm̄
plerūq; res venit in dubium/qui ſint illi
⁊ cuius meriti deus ipſe melius nouit q
intelligit cogitationes humanas: ⁊ qua
qſq; itentione in rebus dubijs dirigaꝛ.

¶ De ſexto ſignaculo. Cap. 6m.

Sextum ſignaculuȝ vn̄ cepit
ſupius dictuȝ eſt:ſed ⁊ nunc
q: locuȝ exigit/memoꝛari nō
piget. Sub magnis illis vi/
ris qui ꝓphetauerunt in ba
Supꝛa pri ma pte ter/ tij libꝛi. c. 20. bylone/poſtq̄ȝ deſolata eſt ciuitas hieru/
ſalē. Ezechiel. ſ. ⁊ Daniel/ſextuȝ ſignacu
luȝ predixımus inchoaſſe. Sub quo. vȝ.
ſexto ſignaculo preter h̄ qd percuſſa eſt a
Dan̄. 5. medis babylō:que fuit metropolis chal
deoꝝ/due q̄ȝmaxime tribulationes oꝛte
ſunt ꝯtra filios iſrael:in qbus ⁊ timoꝛe i/
ſolito cōcuſſa ſunt coꝛda filioꝝ iſrl':⁊ ma
gna poſt timoꝛē ꝯſolatione firmata. Fuit
Judith. 4 aūt haruȝ pma que legiꝛ in libꝛo Judith
Heſter. 3. nabuchodonoſoꝛ regis. Altera que legiꝛ
in Heſter ſub Aſſuero rege magno:q re/
gnauit ſup cētum viginti ⁊ ſeptem ꝓuin
cias. Scd̄m hec opoꝛtere accidere ſub ſe/
xta aptione nō ſolum de cōcoꝛdie ſereni/
tate manifeſte colligimus:verūetiam de
Vide iſtuȝ ſup Apo. ſexta parte libꝛi Apocaly. in quo pcutien
da tradiꝛ noua babylon/⁊ regnare opoꝛ/
tere duos reges ipios:quoꝝ vnus ſextus
eſſe dī:ſeptimus alius. De quoꝝ. vȝ. pri/
mo dī vnus eſt:de altero nōdum venit:
Apoc. 17 ⁊ cum venerit opȝ illuȝ breue tp̄s mane/
re. Et qdem hoꝝ primus ſimilis erit na
Judith. 2. ⁊ infra. buchodonoſoꝛ regi aſſyrioꝝ. Alius ſimi/
lis aman/qui erat ſcd̄s a rege aſſuero:ſub
Heſter. 3. quo decretum erat piclitari modis oib⁹
ppl'm hebꝛeoꝝ:niſi eis diuina clementia
mirabil'r affuiſſet. Hoc tn̄/vt iam dixi/ſi/
mile nō eſt ſm carnem ſed ſm ſpūm. Ni/
mirum q: victoꝛia illa hebꝛeoꝝ que data
eſt a dn̄o in vtraq; tribulatione nō reſpi
cit victoꝛiam carnis/ſed victoꝛiam ſpūs
eoꝝ. ſ. qui moꝛientes pro chꝛiſto triūpha
bunt ſicut olim de aduerſarijs ſuis. Vn̄
⁊ in Daniele de ſexto rege dī q ſctōs al/ Dan̄. 7.
tiſſimi ꝯterat:⁊ de ſeptimo ſupꝛa q̄ȝ cre/
di pōt vniuerſa vaſtabit. Tēpus aūt qn̄
hec erūt dico manifeſte q: ꝓpe eſt: diem
aūt ⁊ hoꝛam dn̄s ipſe nouit. Quātuȝ tn̄
ſm coaptationē ꝯcoꝛdie extimare queo/
ſi pax ꝯcediꝛ ab his malis vſq; ad annuȝ
milleſimuȝ ducēteſimum incarnationis
dn̄ice:exinde ne ſubito iſta fiant ſuſpecta
mihi ſunt oimodis ⁊ tēpoꝛa ⁊ momēta.
Erit aūt tunc tribulatio qualis nō fuit Matt. 24
ab initio:ſicut apte liquet ex aptione ſe/
xti ſignaculi in libꝛo Apocaly. vbi iter ce Apoc. 6.
tera ſcriptum eſt. Reges terre ⁊ pncipes
⁊ tribuni/⁊ diuites ⁊ foꝛtes/⁊ ois ſeruus
⁊ liber abſcondēt ſe in ſpelūcis ⁊ petris
montium:⁊ dicēt montibus ⁊ petris/ca
dite ſup nos:⁊ abſcondite nos a facie ſe/
dentis ſup thꝛonū/⁊ ab ira agni:q: venit
dies magnus ire ipſoꝝ: ⁊ qs poterit ſta/
re? Verum tp̄s ſextum duplex eſſe predi
ximus liquet q iter duas illas tribula/
tiones futurum eſt. Haud diutinum ſpa
tium quātulecūq; pacis:vt qui poterint
poꝛis ptrāſire ſupplicia/queāt reſumptis
viribus tolerare ſequentem.

¶ De ſeptimo ſignaculo. Cap. 7m.

Septimum ſignaculū inchoa
tum eſt a diebus vltimis nee Neemie. 1
mie:ſb quo edificati ſūt mu vel Eſdre
ri hierl'm. Aptio ſigilli ſepti/ 2°. c. 2. ⁊. 3
mi erit ex eo tp̄e quo capieꝛ
beſtia ⁊ pſeudo ꝓpheta:⁊ mittenꝛ in ſta/ Apoc. 19
gnum ignis. Breuiſſimuȝ aūt eē puto tē
pus ſeptime aptionis: q: ⁊ in Apocaly. Apoc. 8.
ſcriptum eſt. Et cum apuiſſet ſigilluȝ ſe/
ptimū/factum eſt ſilētium in celo q̄ſi me/
dia hoꝛa. Ego aūt mediam hoꝛā in loco
iſto pro dimidio anno accipiēdum eē pu
to. Quid tn̄ de hoc verius ſit iudicio dn̄i
relinquēdum eſt. Hec de ſeptē ſignaculis
⁊ aptionibus eoꝝ neceſſaria dicta ſunt:
vt oſtenderemus quo oꝛdine ⁊ quo ꝓfectu
pduxerit deus opa ſua ad fines ſeculoꝝ:
in ſexto oꝛdine ⁊ tp̄e tribulatio validiſſi/
ma facta ſit:⁊ quēadmodum eoꝝ ſimilia
ꝯſumāda



conſumanda ſint in eccleſia dei:vt rege/
ſcat reuera in ſeptimo tp̄e is qui creauit
oia ab operibus ſuis. Ut enim in princi/
pio ſeculi in ſex diebus cōpleuit fabꝛicaȝ
totius mūdi:ſeptimo aūt die requeuit ab
Gene. 2. opibus ſuis:ita ⁊ in opibus ſeculoꝝ ter/
mini ꝯſtructi ſunt ab ipſo ſm pfectioneȝ
ipſius numeri/qui preteriri nō poſſunt.
Et ſicut ſexto die paſſus eſt chꝛiſtus/ita
ſexto tempoꝛe preijt paſſio/vt ſequatur
ſabbatum requietionis.

¶ Explicit ſecunda pars tertij libꝛi de ſeptem apertionibus.

¶ Incipit liber quartus. Capl'm pmū.

Post initia pri/
mi
libꝛi:qui in fundamento
huius opis iactatus eſt:
ſecuti ſunt ſcd̄s ⁊ tertius/
in qbus de precipuis con
coꝛdiarum locis ſm terminos denarij ⁊
ſeptenarij numeri bꝛeuiter ac ſuccincte
tractauimus:oſtēdentes in vtroq; libꝛo
q in ſex tp̄ibus prefinitis adeo pſeuera/
uit laboꝛ in ppl'o dei:⁊ q eo aucto in ſe/
xto tp̄e/quies in ſeptimo data ſit: Q: vo
ſequētes eoſdem terminos nōnulla pter/
miſimus infra ipſos/opȝ nos in h̄ quar/
to libꝛo de oibus que occurrūt ſm textū
libꝛoꝝ gn̄aliter agere: vt ſi cui foꝛte non
ſufficit ſpālis ſermo/ſufficiat gn̄alis:ſi tn̄
ex multis que aperta ſunt ⁊ pſpicua in il
lis/ſe fidelē exhibere curauerit/que ob ni
mis venerāda archanaq; myſteria/occu
patis circa multa mentibus/ſeſe reddūt
obſcura. Si ad reȝ veniamus. ¶ Multꝫ
ac luciduſſimis ſcripturaruȝ teſtimonijs
ꝓbari pōt:q ſicut ex carne que de limo
terre ſumpta eſt ⁊ aia rōnali cōſtat vnus
Gene. 2. hō:ita ex duobus populis vocatis ad fi/
Athana/ ſius i ſym/ bolo. dem/quoꝝ vnus ꝓpagatus eſt ex ſemine
habꝛae ſm carnem:alius ſpūaliter geni/
Gene. 16. tus eſt in fide oiuȝ electoꝝ dei edificatur
⁊. 21. eccleſia. Et qdem vt caro ſpūȝ:ita is qui
ad Gal. 4 ſm carnē natus eſt/pſecutus eſt eum qui
ſm ſpūm:lȝ nec in illo ppl'o defuerint fi/
lij ſpūs/nec in iſto filij carnis: pro qbus
inter vtrūq; teſtamētum mira cōcoꝛdia
data eſt. Verum q: ꝓpter paucos filios
ſpūs qui fuerūt ibi/nō erant vſq; in finē
tolerādi filij carnis aliqd geſtum eſt ad
litteram per ſingulas diſtinctiones gn̄a/
tionum decem:in qbus oſtēdereꝛ diſtan
tia eoꝝ qui ſm carnem nati ſunt/⁊ eoꝝ q
ſm ſpūȝ:ne qs iter repꝛobos ⁊ electos da
tam cōcoꝛdiam eē putet:cuȝ h̄ vix naq;
aut raro accidit/⁊ nō magis iter electos
⁊ electos/pro qbus etiam inter repꝛobos
⁊ repꝛobos:vtpote iter gētem ⁊ gentem
ſimilitudo cōcoꝛdie reperiꝛ. Nō enim vt Gene. 21.
inter agar ⁊ ſarram ſimilitudo cōcoꝛdie
querēda eſt:ſed veluti iter ſarram ⁊ hely
ſabeth/iter habꝛaā ⁊ Zachariam ⁊ hoꝛuȝ Luce. 1.
ſil'es:nimirum q: caro nr̄a ſm aliqd vite
ppetue cōſeruata eſt/ ⁊ ſm aliqd repꝛoba
⁊ obnoxia moꝛti. Duplex eſt enim cauſa
ſimilitudinis veteris teſtamēti ad nouū.
Aliqn̄ eni deſignanꝛ duo populi in duo/
bus electis. Aliqn̄ in duobus: quoꝛum
vnus repꝛobus alius electus fuit. Quare
hoc? Quia populus ille antiquus qui ge Gen̄. 16.
nitus eſt ex habꝛaam ſm carnē/ſm aliqd ⁊. J.
repꝛobus/⁊ ſm aliqd electus fuit. Fuit
enim electus quoad eternā ſalutem:ſed
nō fuit electus ad hoc vt maneret tpali/
ter vſq; in finem ꝓpter ipſectionē ſuam:
ſed quouſq; veniret ille ppl's qui ſm ſpi/
ritum naſcereꝛ:dicēte de vtroq; ſcriptu/
ra. Ejice ancillam ⁊ filium eius:non erit ad Gal. 4
heres filius ancille cū filio libere. Verbi Gen̄. 16.
gr̄a. Agar ⁊ ſarra due femine fuerūt vxo 21.
res vnius viri:⁊ tn̄ vna ſynagogam re/
pꝛobam/altera electam deſignauit eccle/
ſiam. Si aūt ſubmota agar agimus de ſar Gen̄. 24.
ra ⁊ rebeccha: que ambe pariter fuerunt
ſancte femine ⁊ vxoꝛes patriarcharuȝ:in
loco. ſ. illo vbi dicit ſcriptura de iſaac:q
intātuȝ dilexerit rebeccham vxoꝛē ſuam
vt doloꝛē qui de moꝛte matris acciderat Ibidem.
tēperaret: tūc mutata ſimilitudine ſarre
ipſa ſarra ſignificat ſinagogā:non quoad
repꝛobos/ſed quoad electos:rebeccha q̄
ſucceſſit illi/electam de ppl'o gētili electo
per fidem que eſt in Chꝛiſto eccleſiam:
¶ Sciēdum quoq; q cōcoꝛdia non ſm
totuȝ exigēda eſt:ſed ſm q clarius ⁊ eui/

Universidad de Deusto Biblioteca



dentius eſt non ſm curſum hiſtoꝛie ſed
ſm qd. Neqꝫ enim qꝛ iter habꝛaam ⁊ ça/
chariam/iſaac ⁊ ioānem baptiſtam iacob
⁊ hoiem chꝛiſtum ieſum aſſignamus cō/
coꝛdiaꝫ:iccirco querēdus eſt in çacharia
filꝰ ancille/aut in ioāne ⁊ hoie chꝛiſto te/
ſu vxoꝛes ⁊ filij carnis ſicut in iſaac ⁊ ia/
Geñ.25. cob:ſed tñ in rebus ꝓpꝛijs ꝑtinentibꝰ ad
⁊.46.49 rem. Ut enim ꝑſona filij ſimilis eſt ꝑſone
In pꝛimo d.31. patris:⁊ tñ alia eſt ꝓpꝛietas pr̄is/alia filij.
Ita nouū teſtamētum ſile eſt veteris te/
ſtamēti:⁊ tñ alia eſt ꝓpꝛietas veteris te/
ſtamēti/alia noui: in qbus ꝓpꝛietatibus
ſimilitudo nō eſt: quatenus ⁊ in hoc qꝺ
eſt diſſimile/nō vnum ſed duo eſſe intel/
liganł. Sicut ergo ſunt arboꝛes ſylue plu
rime/que in ſtipitibꝰ ſunt ſiles: ſed tñ in
ramis folijſqꝫ diſſiles:ſic ⁊ duo teſtamēta
in rebꝰ qdem gñalibus ſimilia ſunt/ſed in
ſpālibus diſſimilia. Quocirca in oibus
que ſcripta ſunt in veteri teſtamēto per
ſingulas poꝛtiones ⁊ maxime ſm carnē
querere ꝯcoꝛdiam errare eſt:⁊ ſub vna le
ge cōcoꝛdie velle cuncta ligare decipere.
Nō enim exigēda eſt ſimilitudo ꝯcoꝛdie
vbi nō eſt ſed vbi eſt. Nō eniꝫ ſupſtitio/
ſo exactoꝛi ſubiecta eſt in hac pte ſatiſfa/
ctio ingerētis:ſed fideli pectoꝛi pꝛeſto eſt
grā pꝛeſidētis. Neqꝫ enim debituꝫ eſt vt
nō liceret ei qui cuncta fecit in ſapia ire
quo vellet:⁊ gñalibꝰ/vt ita dixerim/filis
interſerere diuerſos coloꝛes/q multo am
plius varietate ſua/telaruꝫ ſupficiem de/
coꝛarēt:⁊ appareret qd differat iter telaꝫ
⁊ telā:ſed fuit ſicut ⁊ illud:ita ⁊ iſtud ne
ceſſarium in gñe ſuo:quatenus ⁊ per id
qꝺ ſile eſt diſcat qui legit ſimilia eē opa fi
lij operuꝫ patris:per hoc qꝺ diſſile itelli
gat alia hec alia illa fuiſſe. Quāuis hoc
ipſum qꝺ diſſile eſt nō ſit diſſonum a ve/
ritate:qnimo eo magis neceſ̄ſiuꝫ quo ipſa/
met regula exigit veritatis. Eteniꝫ quia
Athana. in ſymboꝰ alia eſt ꝑſona patris/alia perſona filij/alia
d.31.pa/ ꝑſona ſpūſſancti:⁊ tñ ſimilis eſt ꝑſona fi/
nil. lij/ꝑſone patris ſimilis perſona ſpūſſan/
cti:patris ⁊ filij opoꝛtebat eē aliqua ope/
ra que ꝓpꝛietate ſimilitudinis ꝑtinerent
ad ꝑſonam patris:aliqua que ꝑtinerēt ad
perſonam filij/aliqua ꝑtinerēt ad ꝑſonaꝫ
ſpūſſancti:⁊ in eis oibus ſimilitudo con
coꝛdie. Quia vō pater infudit grām ſuā
in coꝛdibus electoꝝ/infudit filius/infu/
dit ſpūſſanctus:ſiqdem dona illa inume
ra que cōmemoꝛat pſalmiſta cum dicit.
Aſcēdiſti in altum/cepiſti captiuitatem/ Pſal.67
accepiſti dona in hoibus: ita ſunt patris
qūo filij/qūo ſpūſſancti:opoꝛtebat eē ali
qua opa que nō ꝑtinent ad cōtionem cō/
coꝛdie/reſpicientes ꝑſonas trinitatis:ſed
magis ad ꝓpꝛietatem donoꝝ tam in pꝛi/
mo ſtatu:qui ꝓpꝛie referł ad patrem/qꝫ
in ſcꝺo qui ꝓpꝛie referł ad filium:qꝫ in
tertio qui ꝓpꝛie vel quadam ꝓpꝛietate ꝑ/
tinet ad ſpiritūſanctum. ¶ In pꝛimo ſi/
qdem ſtatu ſegregata ſunt a coꝛpoꝛe con
coꝛdie nōnulla de ſcriptis ꝓphetaruꝫ in
ſcꝺo ⁊ tertio/qꝫ inumera ſcripta vel opa
que nequaqꝫ ſm concoꝛdiam ꝯtēplanda
ſunt/ſed ſm itelligētiam ſpūalez. Ut oſtē
datur ꝙ ſicut dona ſpūalia patris ſunt a
quo oia/ita ſint ⁊ filij manātis ex ipſo pa
tre per quem oia/ita ſint ⁊ ſpūſſancti in
quo oia:qui cū ſit vnus idem a patre fi/ In pꝛimo
lioqꝫ ꝓcedit. Ut enim oſtēdał ipſa dona ſen.d.xj.
nō alia eē in patre/alia in filio/alia in ſpi/ ⁊ in ſym/
ritūſcō:ſed eadem plurimūqꝫ id ipſuꝫ i/ bolis.
uenił ſignificatuꝫ in veteri teſtamēto qꝺ
in nouo:ita vt ⁊ duobus vł tribus ſigni/
ficātibus ineniał ꝓcedere vnū ſignifica/
tum. Sane cū duobus vel tribus dixi nō
qdem indifferēter/ſed ſm qd. Ubi enim
e duobus ſignificātibus inuenił ꝓcedere
vnum ſignificatuꝫ:oſtendił ꝙ a patre fi/
lioqꝫ ꝓcedat. Ubi autē ex tribus vnum/
oſtendił ꝙ vna ſit opatio patris ⁊ filij ⁊ Ut creatio
ſpūſſancti. Sed iam nūc ſcribēde ſunt ꝑ in ꝑncipio
oꝛdinem gñationes/nec alie quā annota/ ſcōi ſen.
te ſunt in ſcꝺo libꝛo: nec ad aliud qꝫ qꝺ
ibi digeſſimus:ſed vt ibi qꝺ decurſu cō/
coꝛdie agētibus nobis in eodem libꝛo de
certis terminis tempoꝝ ⁊ etatibus ſecu/
loꝝ pꝛetermiſſum eſt. Hic facta recapitu
latione minutius exequamur: nō qdem
multiplicātes digreſſiones in effuſiones
verboꝝ:ſed exhibētes vbertatē fructus
in ſimplicitate ſermonis. Ibi qdem mul
tiplicanda



tiplicanda ſunt verba vbi poſſunt hinc
⁊ inde queſtiones moueri. Ubi aūt que/
ſtiones cōpoſite ſunt/opꝫ id qꝺ quereba/
tur paucis ſermonibus exhiberi. Licꝫ er
go libꝛum iſtum reſpectu trium pꝛecedē
tium gñalem dixerimus:nō ideo tñ ma/
ad Ro.9. ioꝛ verboꝝ copia expectanda eſt:ſed ma/
gis ſm illud ſermonem bꝛeuiatum faciet
dñs ſup terram. Et ꝑmo qdem ſcribēde
ſunt gñationes carnis/ꝑtinentes ad ve/
Gene.16. tus teſtamētum. Deinde gñationes ſpūs
21.⁊.j. ꝑtinētes ad nouū:h eſt ab habꝛaam vſqꝫ
Luc.1. ad çachariam patrem Joānis baptiſte:⁊
ab eodem çacharia vſqꝫ tpa nr̄a:ſiue alio
mō vſqꝫ ad ꝯſumationem ſeculi. Preceſ/
ſerunt aūt ibi decem ⁊ vndecim gñatio/
nes:in qbus initiatum fuit vetus teſta/
mētum/incipiētes a pꝛimo parēte. Pre/
ceſſerūt ⁊ hic ſimilr̄ decem ⁊ vndeciꝫ/in
qbus initiatum eſt nouū:incipientes ab
Oçia rege iuda: in cuius diebus/vt ait
Aug.18. Aug. in libꝛo de ciuitate dei:initiatꝰ fuit
de ci.c.27 ppl's romanus/⁊ miſſi ſunt a deo ꝓphe/
te:qui venturum Chꝛiſtum in mūdum
ꝓphetico ſpiritu nunciarent.

Capitulum 2m.

Gene.5. ADam. Seth. Enos. Caynan
Malaleel. Zareth. Enoch.
Matuſalem. Lamech. Noe.
Gene.x.⁊ Sem. Arphaſath. Sale.
xj.⁊.j. Heber. Phalech. Reu. Seruch. Na/
choꝛ. Thare. Habꝛaam. Iſaac. Jacob. Ju
Matth.1 das. Phares. Eſrom. Aram. Aminadab
Naaſon. Salmon. Booç. Obeth. Jeſſe.
Dauid. Salomon. Roboam. Abias. Aſa
Joſaphat. Joꝛam. Ocoçias. Joas. Ama/
ſias. Oçias. Joathan. Achaç. Eçechias.
Manaſſes. Amon. Joſias. Joachim. Je/
chonias. Salathiel. Zoꝛobabel. Abiud.
Helyachim. Açoꝛ. Sadoch. Achim. E/
liud. Eleaçar. Mathan. Jacob. Joſeph.
¶ Ab Adam vſqꝫ ad Jacob gñones.xxj
⁊ a Jacob vſqꝫ ad Oçiam gñones.xxj.
⁊ ab Oçia vſqꝫ ad chꝛiſtum gñones.xxj.
Oēs gñones ab adam vſqꝫ ad chꝛiſtum
ſexagintatres:harum viginti vna vſqꝫ.ſ.
ad Jacob in nudam arboꝛis ſtipitem re/
putate ſunt. Poꝛro ſub quadragintadua
bus hoc eſt a Jacob vſqꝫ ad chꝛiſtū/mul
tiplicatis ramis duodecim tribuū ⁊ mul
tarum ramuſculis familiarū gētium ar/
boꝛ ipſa germinauit ⁊ ꝓtulit fructū ſuū:
ſicqꝫ in chꝛiſto rege ꝯſumationē accepit.
Eodem mō ab Oçia vſqꝫ ad Joſeph ge
nerationes.xxj.exinde vſqꝫ ad ꝑſens ge/
nerationes.xl. Igił adam pꝛimus parens
reſpicit Oçiam regem iuda: qui regna/
uit in diebus Eſaie ꝓphete:qui ſicut adā Eſa.1.
ob culpam elationis fedatus pudoꝛe lu/ Gene.3.
xurie. Ita Oçias ob reatum ſupbie pol/ ſcōi para/
lutus eſt imūditia lepꝛe:⁊ vterqꝫ expul/ li.27.
ſus eſt de loco ſctō. Alius.ſ. de paradiſo: Hiſdem
alius de ſanctuario dñi. Nimirum qꝛ ⁊ ſi locis.
vterqꝫ pꝛius bonus ⁊ iuſtus/vſurpando
tñ vetituꝫ vterqꝫ ꝑuaricatoꝛ ⁊ culpe ob/
noxius effectus eſt. Sed ⁊ illud ad cōcoꝛ
diam ꝑtinere nō eſt dubium:ꝙ ſicut eua Ibidem.
ꝑma mater coꝛrupta per ſerpētez genuit Geñ.4.
geminos in peccato: quoꝝ iunioꝛ a pꝛi/
mogenito iterfectus eſt. Ita vt traditur
tpe pꝛedicti Oçie mater populi romani/
que vocata eſt Rhea vel Ilia geminos
concepit de ſtupꝛo:⁊ nihilominus ꝑmo/ Augu. de
genitus iunioꝛē occidit. Sane pꝛima illa ciui.18.c.
etas obtulit mūdo magnos patres vſqꝫ 21.
ad Noe:a qbus diſſeminatū eſt totuꝫ ge
nus humanum:ita a diebus Oçie miſſi
ſunt diuinitus ipſi ꝓphete in potētia ſpi
ritus ⁊ virtute verboꝝ. Ut qm̄ verbum
dei reuelādum in carne/⁊ vēturū dei ſpi
ritum ad hoies nūciarent:necnō ⁊ filios
ſpūales gignēdos eſſe per verbum dei in
pplo gentili:in quo Roma obtinet pꝛin
cipatum in ea:virtutis potētia pꝛecede/
rent ſancti dei ꝓphete:in qua erat filius
⁊ dñs ꝓphetaruꝫ cū ſanctis ⁊ electis ſuis
circa finē vēturus. Uñ ⁊ ipſi ꝓphete nu
bes dicti ſunt:ſicut hi qui pꝛeceſſerāt in
virtute ſignoꝛuꝫ celoꝝ/noie nūcupati/di
cente vno eoꝝ qui eſt clarus ⁊ inclitus
inter ipſos. Roꝛate celi deſup/⁊ nubes Eſa.45.
deat ꝛ pſit diei ꝟ eſt ppl'o chriāno q
adhuc pro tpe erat nox pfuerūt dico
nō carnali platione ſed potiꝰ ſpūali
inſtruētes illos exēplo ſuo: ꝛ oñden-
tes illis qd eēt faciēdū. In ſigna aūt
fuerūt: q꞉ vtrūq꞉ iter eūdi ad deū ire
volētib⁹ oñderūt. In tpa ꝛ dies ꝛ an
3ᵒ regū. 17.ꝛ ia co.5. nos fuerūt. Quia ꝙ helias abſcōdi-
tus fuit p tp̄s ꝛ tpa ꝛ dimidiū tpis ꝟ
eſt annis tribus ꝛ mēſib⁹ ſex ſiue die
b⁹.1260. magni erat cā myſterij: nec
alia q̄ꝫ illa de qua ſpecialr̄ agiꝰ in li⁹
hoc. Qd̄ āt ſbiunctū eſt: vt luceāt in
firmamēto celi ꝛ illuminēt terrā. Il-
li ſoli terrigene ſcire nequeūt ꝙ exē-
plo vite illoꝝ nihil ꝯſecuti ſunt. Non
enim hoies ſunt q nolūt oclos ſuos
leuare ad celum: ſed bruta ꝛ iſenſata
aialia reſpiciētia ſemp ima. Et ideo
expertes ſunt a luce illa q̄ illuminat
hoiem oēm venientē in hūc mūdū. Jo.1.c.
Qui āt vere hoies ſunt leuāt ꝑfecto
oculos ſuos ad celū ſurſū a q̄ egreſ-
ſus eſt ſol iuſtitie: ꝛ vident luminaria
celi que illuminānt terrā: hoc eſt viros
illos pfectos qui exemplo vite ſue ꝛ
oñſiōe ſignoꝝ magnā ſpem ſalutis
ſuis poſteris reliqrūt. Cap. 7ᵐ.

De qn̄ta die. Gen.1.
Dixit ēt deus: pducāt aque
reptile aie viuētis ꝛ vola-
tile ſupra terrā ſub firma-
mēto celi. Creauitq꞉ deus
cete grādia ꝛ oēm aiam viuētē atq꞉
motabilē quā pduxerāt aque in ſpēs
ſuas/ ꝛ oē volatile ſm genus ſuū. Et
vidit deus ꝙ eſſet bonū: bn̄dixitq꞉ di
cens. Creſcite ꝛ multiplicamini ꝛ re
plete aquas maris: auesq꞉ multiplicē
tur ſup terrā. Et fcm̄ eſt veſpe ꝛ māe
dies 5ᵒ. ¶ Quinto tpe qd̄ icepit adie 4ᵒre.19 c.ꝛ iſa.1
bus iſaie ꝛ ezechie regis iuda cōfede 4ᵒre.18 20.cap.
ratio q̄dā fcā eſt iter reges iuda ꝛ re
ges gētiū egypti. Uidelicet ꝛ baby-
lonis eūtes etſi inuita aliq̄ pte filioꝝ
iuda veluti i ꝓfundū maris ꝛ egyptū
ꝛ babylonē ꝛ alias ciuitates iude: q̄
ten⁹ ꝛ ipſe gētes cognoſcerēt deū ce
li: reliq̄ vo etſi modica i pria liberta-
te manete. Eodē nāq꞉ tpe claruerūt
illi ꝓphete q nō ſolū pdixerunt ſꝫ po-
ſuerūt in libris. Ex q̄rū tn̄ ſacro col-
legio/ q̄dā q̄ſi aues aq̄tice fuēti ſunt
cū ceteris in babylone ꝛ fuerunt ibi
vſq꞉ ad diē mortis ſue. Hoc idcirco
dico: q꞉ cū celū ꝛ terrā ſupi⁹ oino in
bonā accepimus ſignificationē ꝙ
ſecus ſit accipiēdū de aqs niſi tm̄ in
pte hoc eſt de aqs fluminū q̄ dulcia
ſunt in qb⁹ ſolet rigari ſupficies tre.
Nimiꝝ q꞉ aque mariū aut infideles
hoies aut mūdanos deſignāt: vtiq꞉
ꝛ piſces ſiue aues nō oēs in gn̄e mū
di ſunt ſꝫ legē. Sꝫ alij mundi ſunt ꝛ Gen.7.
alij imūdi. Quia igiꝰ ex eo tpe cepūt
vellent nollent filij iſrael cohitare gē
tilib⁹ ꝛ gētes cū eis. Ita vt nōnlli gē
tilium



filiū addiſcerēt ēt legē dei: ſicuti illi q
miſſi ſunt in ſamariā a rege aſſyrioꝝ
nō immerito de cōmiſſis illis hoiam
gn̄atiōib⁹ dcm̄ eſt/ vt pducerēt aq̄ pi-
ſces ꝛ volatilia pēnata. Quia ꝛ nōnl
4ᵒ regū 18.22. li pceſſerūt ex eis q itēderēt doctrine
maxꝰ ad mādatū ezechie ꝛ ioſie regū
iuda ꝛ ad correctionē ꝓphetaꝝ/ ꝛ nō
nulli ꝓphetico repleti ſpū ac ſi qbuſ-
dā pēnis aſſūptis alti⁹ pceteris mor
talib⁹ ad excelſa volarent. Notādū
vo ꝙ i prio loco noiauit cete grādia
que ſignificant reges ipſos gētiles q
regnauerunt ſup ppl'm iſrael. Nimi-
rum q꞉ vt̄ in p tpe preſuerunt illi po
pulo patriarche. 2ᵒ Judices. 3ᵒ ꝛ 4ᵒ re
ges iſrael ꝛ reges iuda. Ita vt in qn
to tpe diuino pmittēte iudicio reges
gētium dn̄ati ſunt eoꝝ. Incipientes
venerari quomōcūq꞉ deum celi quē
coluerat idē ppl's a pricipio imo quē
deſpexerant ipſi ꝛ maiores eoꝝ. Igi
tur in piſcibus maris nō ſolū iudei q
erant in captiuitatē manētes iter gē
Eſdr.p̄ c.1.2ᵒpa ra. vlti⁹ tes ifideles ac ſi in viſcerib⁹ ſeui ma
ris deſignati ſunt. Uex etiā ꝛ ipſi gē
tiles/ qui ꝓuocati mirabilibus que fe
cit deus in babylone cōpulſi ſunt co
lere deū celi. Cap. 8ᵐ.

De 6ᵉ die. Ge.1.c.
Dixit quoq꞉ deus: pducat
terra aiam viuētem in gn̄e
ſuo. Jumēta ꝛ reptilia ꝛ be
ſtias terre ſm ſpecies ſuas
factūq꞉ eſt ita ꝛ fecit deus beſtias ter
re iuxta ſpēs ſuas iumēta ꝛ oē repti-
le terre i gn̄e ſuo. Et vidit de⁹ ꝙ eēt
bonū ꝛ ait: faciamus hoiem ad ima
ginē ꝛ ſilitudinē nr̄am ꝛ pſit piſcib⁹
maris ꝛ volatilibus celi ꝛ beſtijs vni
uerſe terre. Et creauit deus hoiē ad
imaginē ꝛ ſilitudinē ſuā: ad imaginē
dei creauit illū: maſculū ꝛ feminam
creauit eos bn̄dixitq꞉ illis ꝛ ait. Cre
ſcite ꝛ multiplicamini ꝛ replete ter-
rā ꝛ ſubijcite eā ꝛ dn̄amini piſcibus
maris ꝛ volatilibus celi ꝛ vniuerſis
aiantib⁹ q̄ mouenꝰ ſup terrā. Notan
dum q꞉ qd̄ diſtat iter volatilia ꝛ pi-
ſces maris hoc diſtat iter piſces ma-
ris ꝛ beſtias terre: q꞉ terra iferior ele
mētū eſt: ꝛ ptinet ad illos qui bruta
ſunt corde ꝛ de his q̄ dei ſūt nihil ad
eos ptinet. Uerūtn̄ q꞉ hūilia reſpicit
de⁹ nō deeſt bōa ſigtio in qbuſdā aia
lib⁹ fre maxꝰ in illis q̄ accepta fiebāt i
ſacrificio/ ſicꝰ ſūt oues ꝛ boues ꝛ hijs
ſilia/ ſꝫ ꝛ aſini ꝛ cameli i bonā pn̄t re
cipi ſigtionem q꞉ onera dn̄oꝝ ſuoꝝ.
Signt āt vniuerſa hec aialia hūiles
ꝛ getos ꝛ trementes vba dei: ſigdē ꝛ
ipā timēt vgā dn̄i ſui: nā ꝛ eq ſi man
ſueti ſūt ꝛ pacifici ſignt illos nobiles
ꝛ potētes q ꝯtēpta nobilitate ſua hie
ſe deū recognoſcūt i celo ꝛ obtēpāt in-
quātū pn̄t pceptis ꝛ mādatis ipi⁹: lꝫ
q̄ iter aues ꝛ piſces ꝛ aialia fre mul-
ta ſit diia. Cū ꝯſtet ꝙ i illis ſigti ſūt ſa
piētes ꝛ prudētes: i iſtis ſimplices ꝛ
idiote: ſatis tn̄ ē ꝙ ipſi i deū credūt ꝛ
deū timēt ꝛ nō ſunt ſeq̄ſtrati a nūero
electoꝝ dei. Talis fuit inerudita illa Eſd.p̄. c.1.ꝛ.2.
plebs iudeoꝝ q̄ reuerſa fuit i hierlm
poſt pſecutionē babylōis eo ꝙ neſci
ret mādata dei ſicꝰ pri⁹ cū adhuc filij
dauid regnarēt i ciuitatib⁹ iuđ ꝛ ſacer
dotes ꝛ ꝓphete docerēt ppl'm i tēplo
dn̄i ſicꝰ pcepat moyſes. Nimiꝝ q꞉ ad
uſtis libris ꝛ teſtō ꝛ tēplo nō licebat
ſacerdotib⁹ ꝛ ꝓphetis q erāt i baby-
lone ꝯgregarꝰ libē ſynagogā ad audi
enda vba dei: q̄tū ꝛ ſi liceret libros
q̄s legēt nō hēbāt: pp ꝟ q fideles in-
deoꝝ q collecti ſūt eo tpe i vrbib⁹ in
da/ nō hn̄tes pēnas ſcripturaꝝ qb⁹ le
uarēꝰ i altū imitari freſtria aialia po-
ti⁹ q̄ celeſtia viſi ſūt. Creauit ēt eo tē
pore de⁹ reptilia ꝛ beſtias fre: haud
dub^m ꝙ p pctis hoiū ipioꝝ q꞉ ꝛ ſecte
hēticoꝝ orte ſunt in ſamaria iſidian in libro
tiū iudeis. i. regna terribilia valde i- Judith
ter q̄ aſſyrioꝝ ꝛ macedonū q̄ꝝ fero heſter ꝛ
citas ꝛ po⁹ a ccēſa ē ꝯ iudeos/ vt eos macca.

Universidad de Deusto Biblioteca

penitus delerent de terra: qd ⁊ feciſ-
ſent abſqꝫ mora niſi eis diuina miſe-
ratio celerius affuiſſet. Dicit autem
deus creaſſe reptilia ⁊ beſtias terre/
qꝛ ſine eius iuſta pmiſſiõe nec mala
nec bona eſſe poſſunt in mundo nec
ſine ei⁹ iuſto iudicio q facit vt ait apo
ad eph. p. ſtolus omnia ſm cõſilium volũtatis
ſue. Cõpletis aũt deus vniuerſis opi
bus ſupraſcriptis videns inquit ꝙ
eſſet bonũ adiecit ⁊ ait. faciamus ho
minẽ ad imaginẽ ⁊ ſilitudinẽ nr̃az.
Qua in re notãdũ ẽ ꝙ in ſinglis die
bus vniformia opa vel ſaltiꝫ ſimilia
creata ſunt: vtpote lux celũ ligna fru
ctifera ⁊ herbe: ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle pi-
ſces ⁊ aues. In 6° vo die poſtqꝫ fecit
iumenta ⁊ beſtias terre fecit etiã ho
minẽ ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ ſuã
qui preeſſet piſcibus maris ⁊ volati
libus celi/ necnõ ⁊ beſtijs vniuerſeqꝫ
terre: vt patenter daretur intelligi ꝙ
hoc vnũ opus ſingulare ſegregatuꝫ
eſſet ab omnibus illis ⁊ prelatũ glo
ria ⁊ dignitate/ Cui magis aſcriben-
da ſit iuſtitie nouitas qꝫ peccati ve-
tuſtas. Ipſe eſt nouus homo chr̃s ie
ſus cũ corpore ſuo/ qd eſt eccleſia de
quo ⁊ ꝑpter quẽ dicit ſcriptura. Et
creauit deus hominẽ ad imaginẽ ⁊
Geñ. 1. ſimilitudinẽ ſuã: ad imaginẽ dei crea
uit illũ maſculuꝫ ⁊ feminam creauit
eos. Ipſe inquã eſt nouus hõ qui fi-
lius hois dictus eſt de quo in ps. 8°
per pſalmiſtaꝫ dicit. Quis eſt homo
ꝙ memor es eius: aut filius hois qꝛ
viſitas eũ. Minuiſti eũ paulo min⁹
ab angelis tuis dñe gloria ⁊ honore
coronaſti eũ/ ⁊ cõſtituiſti eũ ſup opa
manuũ tuarũ. Omnia ſubieciſti ſub
pedibus eius: oues ⁊ boues vniuer-
ſas inſup ⁊ pecora campi. Volucres
celi ⁊ piſces maris qui pambulãt ſe
mitas maris: ipſe ſolus ſubiugat ſibi
oia qui ſolus potẽs eſt ad debellan-
das terrenas ⁊ aereas ptãtes vt ſit
dñs omniũ qui oia cum pie creauit:
deniqꝫ ſemẽ eoꝝ hoc eſt chr̃i ⁊ eccle-
multiplicatũ eſt nimis ⁊ repleuerũt
terrã ⁊ ſubiecerũt eam/ ⁊ dominati
ſunt oibus qui ſignificati ſunt in pi-
ſcibus maris ⁊ volatilib⁹ celi ⁊ vni-
uerſis animãtibus terre/ Maxime
ex eo tpe quo romanus impator in-
clinauit ceruicẽ ſuã ſub iugo chr̃i: ⁊
tradidit eccleſie romane corõnã im-
perialis dignitatis vt ipſa eẽt dña ⁊
regina cũctorũ. Et hec quidem ita.
¶ Sed qꝛ per tres ſupraſcriptos ſta
t⁹ mũdi myſteria ſeptẽ dieꝝ aſſigna-
re decreuimus/ nõ erit abſurdũ acci-
pere hic vice chr̃i magnũ illũ regem
artaxerſes qui regnauit ſup. c. ⁊. 27. Heſter.
prouintias: ⁊ vice eccleſie heſter re- 16. c.
ginã pſertim cum in horum cõiugio
cõtineat ſollẽniter magnũ illud my
ſteriũ chr̃i ⁊ eccleſie de quo ſcriptum
eſt in li° pſalmoꝝ: aſtitit regina a dex ps. 44
tris tuis. quatenus reliquũ tps vſqꝫ
ad chr̃m reputetur in ſabbatũ. Nimi
rum qꝛ in ipſo ceſſauerũt hyſtorie: ⁊
acceperunt ſilentium preconia pro-
phetarũ. Quod aũt ſequitur dixit qꝫ
deus. Ecce dedi vobis oẽm herbam
afferentẽ ſemẽ ſuper terrã ⁊ vniuer-
ſa linga q̃ hñt in ſemetipſis ſementẽ
generis ſui ⁊ ſint vobis in eſcã ⁊ cũ-
ctis animantibus terre/ omni volu-
cri celi ⁊ vniuerſis q̃ moueẽ in terra
⁊ in quibus ẽ anima viuẽs/ vt hẽant Geñ. 1.
ad veſcẽdũ: de duplici ſpecie doctrie
accipiendũ eſt. Sicut enim ſuperius
cũ agereẽ de opib⁹ tertij diei/ lꝫ moy
ſes dediſſet legeꝫ filijs iſrael/ vſqꝫ tñ
ad ſamuelẽ ⁊ dauid ꝑualẽtibus hoſti
bus cõtra eos/ Et qꝛ nec dũ edifica-
ta erat hierl̃m ⁊ tẽplũ de filijs iſrael
hoies erãt ruſticani neſciẽtes legẽ ⁊
mãd ata q̃ dederat dñs moyſi: vnde
⁊ de filijs heli dicit ſcriptura. porro
filij heli filij belial neſcientes deum p° Reg.
neqꝫ officiũ ſacerdotuꝫ ad populũ: ſꝫ 2. c.
quicũqꝫ



quicũqꝫ imolaſſet victimã veniebat
puer ſacerdotis dũ coquerentur car
nes ⁊ habebat fuſcinulaꝫ tridẽtẽ in
manu ſua/ ⁊ mittebat eã in lebetẽ/ ⁊
oẽ qd leuabat fuſcinula tollebat ſa-
cerdos ſibi. Qd ſi illi neſciebãt deuꝫ
qui erãt filij ſũmi ſacerdotis/ quãto
min⁹ alij qui vix ſemel in anno aſcẽ
debãt ad tabernaculũ adorare deũ?
p° Reg. Vbi autẽ creuit ſamuel cepit docere
7. 16. populũ legẽ dñi ⁊ exinde dauid, quẽ
p° para. ipſe vnxit in regẽ qui ⁊ diuiſit officia
16. leuitaꝝ vt cõfiterenẽ dño/ ⁊ docerẽt
populũ legẽ dei: atqꝫ ex hoc iaꝫ cepit
populus iuda eẽ herba virẽs hñs ſe
men ṽbi dei in ſemetipſo/ quo poſſet
propagari in filijs ⁊ nepotibus vſqꝫ
ps. 77. ad chriſtũ ſicut dicit i ps. attẽdite po
pule meus legẽ meã. Inclinate aurẽ
veſtrã in ṽba oris mei: apiaꝫ in para
bolis os meũ: apiã ꝑpoſitiões ab ini
tio: quãta audiuimus ⁊ cognouim⁹
ea ⁊ pres nr̃i narrauerũt nobis. Nõ
ſunt occultata a filijs eoꝝ in gñatiõe
altera. Ecce quo ordine herba virẽs
habuit ſemẽ in ſemetipſa. Ecce quõ
tribub⁹ decidẽtib⁹ a ſtatu ſuo ſemen
bonũ herbe virẽtis ꝑpagatũ ẽ vſqꝫ
ad tps gẽtiliũ/ vt eẽt in vſuꝫ ⁊ i cibũ
vniuerſis aiantibus terre. Sed ⁊ li-
gna pomifera orta ſũt ex eadẽ terra.
cuius poma vſqꝫ hodie hñt in vſum
ſicuti ſunt pſalmi quos cõpoſuit da-
uid ⁊ ſocij eius: libri ſalomõis ⁊ ſi qd
ſimile: diſtat aũt inter herbã ⁊ ligna
qꝛ herba cito areſcit ⁊ deficit ⁊ tamẽ
ſemẽ eius relinqueẽ in vſu: ligna aũt
manẽt eadẽ ⁊ ſingulis annis pferũt
fructum ſuum. Sic ⁊ ṽba hyſtorica
moyſi ioſue ⁊ iudicũ ſamuelis regũ
⁊ palipomenon ac ſi quedã herbe in
cordib⁹ carnalis popull veluti nãliẽ
poſuerũt radicẽ. Qui tamẽ vbi venit
tps maturitatis vt ducanẽ ad aream
ſepaẽ mox a paleis lr̃e fruct⁹ itelligẽ
tie ſpũalis: ⁊ ipſe quidẽ ſpũalis fact⁹
reſeruaẽ in horreo: herba vo lr̃e q̃ le
nis eſt redacta in pulverẽ euaneſcit.
Sane pſalmi dauid ⁊ libri ſalomõis
nõ ita: ſꝫ lꝫ accipiaẽ ex eis fruct⁹ itelli
gẽtie ſpũalis ipſi tñ ſꝫ maiorẽ ſui ptẽ
iuxta id qd ſcriptũ eſt ad lr̃aꝫ vtiliter
perſeuerãt: qꝛ ⁊ ſm intelligẽtiã ſpũs
paſcũt eſuriẽtes: ⁊ ſm ipſaꝫ lr̃aꝫ obũ
brant fugiẽtibus eſcã: vt ſi verbi grã
pſalmũ primũ in quo dicit. Beatus
vir qui nõ abijt in cõſilio ipioꝝ ⁊c. di-
cat qs referẽdũ ad chr̃m audiendus
ſit. ⁊ ſi dicat referẽdũ ad quẽlibet vi-
rum iuſtũ veꝝ dicit/ qꝛ nõ eſt aliqua
diuerſitas inter caput ⁊ mẽbra/ vbi
aũt dixit Moyſes nõ arabis i boue Deu. 22
⁊ aſino ſicut prudẽtis viri eſt ibi req-
rere ſpiritualẽ intellectum ita ſtulti ⁊
fatui tenere ibi lr̃e ſeruitutẽ. Non eſt p° ad co
enim cure deo de boue ⁊ aſino: ſꝫ de rin. 9.
eo qd in boue ⁊ aſino deſignaẽ. Vex
hoc exẽpli cã. cetez qd ſpectat ad ſu-
praſcripta/ ⁊ ſi nec dũ homines illi⁹
tẽporis ſufficiẽtes erãt ad diſcernen
dũ inter lr̃am ⁊ ſpũm: nihilomin⁹ tñ
legẽtes ⁊ audiẽtes paſcebat in fide.
Sicut ⁊ nõnulli chriianoruꝫ: quãuis
qꝛ homines quibus hic dicit nondũ
erant creati quãdo iſta creata ſũt/ ne
quaquã vſus ipſe herbarũ ⁊ pomoꝝ
ad ſex tẽpora iudeorũ referendus ſit
ſed potius ad tẽpora que ſecuta ſũt.

Cap. 9m.

Igitur pfecti ſunt celi ⁊ terra ⁊ Geñ. 2.
oĩs ornatus eorũ. Compleuitqꝫ
de⁹ die 7° opus ſuũ qd fecerat
⁊ requieuit die 7° ab vniuerſo
opere qd patrarat ⁊ bñdixit diei 7° ⁊
ſanctificauit illũ/ qꝛ in ipo ceſſauerat
ab vniuerſo opere ſuo qd creauit de⁹
vt faceret. Notãdũ ꝙ in capite libri
ſcripſit celum ſingulari numero/ ſimi
liter ⁊ in die ſcdo. Nunc autem dici-
tur igitur perfecti ſunt celi ⁊ terra: vt
qſi duos celos ſe ſuperius ſcripſiſſet
demonſtret. perfecti ſunt autem celi

Universidad de Deusto Biblioteca

⁊ terra ⁊ omnis oꝛnatus i eoꝛũ/iuxta
eum intellectũ quẽ hactenus proſe-
cuti ſumus. Et poſt nimium laboꝛez
ſexti tempoꝛis ſecutũ eſt tempus ſe-
ps.73. ptimum. Juxta hunc intellectum ex
Ezec.21 eo tempoꝛe quo deſijt eſſe propheta
in iſrael: vt ſabbatiçátibus qui ſemi-
nauerant in lachꝛymis daretur quo
ad hoc quoddam ocium populo dei
quouſqꝫ veniret tẽpus in quo ait ſal-
Joã.4. uatoꝛ diſcipulis ſuis. Ego vos miſi
metere qꝺ vos nõ ſeminaſtis/alij la-
boꝛauerunt: ⁊ vos in laboꝛes eoꝛuꝫ
ingreſſi eſtis. Hec de pꝛimo intelle-
ctu bꝛeuiter dicta aſſignata ſunt quo
quo modo i coꝛtice exterioꝛi: qꝛ nec
dum peruenimus ad teſtam nucis/
nec dum ad tenuiſſimam cutem que
nucleo iuncta eſt. Sed tñ groſſioꝛa
⁊ exterioꝛa perſpeximus. Jn multis
ſane rebus inuenitur imago iſta ter-
ni velanimis coꝛij vꝫ teſte ac tenuiſ-
ſime cutis. Et in eis iſtoꝛum intelle-
ctuum ſimilitudo manet. Qui ergo
vidimus de pꝛimo neceſſe eſt vt tran
ſeamus ad ſecundum. Cap. 10m.

2° itelle ctus Geñ.1. p⁴ die ſupꝛa li° 2° tra.1. c.4.

IN pꝛincipio creauit deus celuꝫ
⁊ terram: terra aũt erat inanis
⁊ vacua ⁊ tenebꝛe erant ſuper
faciez abyſſi. Sicut initiatio pꝛi
mi ſtatus fuit ad adam ⁊ peruenim⁹
vſqꝫ ad chꝛm. Jta in 2° incipiendum
eſt ab oçia ⁊ veniendũ vſqꝫ ad tem-
pus plenitudinis gentium. Jn pꝛin-
cipio inquit creauit deus celuꝫ ⁊ ter
ram. Pꝛincipiuꝫ vocat deus vetus
teſtamentum in quo iactatuꝫ eſt fun
damentũ teſtamenti noui. Neqꝫ eni
vbiqꝫ pꝛincipium pꝛo initio ſeculi ac
cipiendum eſt: ſed pꝛo initio illoꝛum
tempoꝛum aut dierũ de quibus agi-
tur. Non enim ab initio ſeculi fuerũt
apoſtoli cum chꝛo de quibus dicitur
Et vos teſtimoniũ perhibebitis: qꝛ
ab initio mecũ eſtis. nec de predeſti-
ioã.15. natione aut poteſtate eius occulta
accipiendum eſt: ſed de initio pꝛedi-
cationis ſue poſtquã regreſſus eſt a
ioꝛdane. Jn hoc itaqꝫ pꝛincipio crea
uit deus celum ⁊ terram: qꝛ aliquos
elegit ex omni multitudine filioꝛum
dei ⁊ adiunxit illos abꝛae iſaac ⁊ ia-
cob vt eſſent reuera quaſi celum re-
ſpectu alioꝛum: eo ꝙ non terrenam
patriam: ſed celeſteꝫ inquirerent. Ce
tera vo multitudo reputata eſt quaſi
terra: qꝛ terrenis inhiabat ⁊ in terre
nis gaudebat. Erat ergo terra ianis
⁊ vacua. Jnanis a gratia: vacua a iu
ſtitia ⁊ veritate. Neminem enim ad
ꝑfectuꝫ adduxit lex. Tenebꝛe quoqꝫ
erant ſuper facieꝫ abyſſi: qꝛ populus
gentium qui erat infidelis ⁊ cecus a
natiuitate ſua neſciebat deum veruꝫ
⁊ legem eius: ſed erant ignoꝛantes
ſuper facieꝫ coꝛdis: ita vt neſciret ad
dexteram vel ſiniſtram. Verũtamen
ſpiritus domini ferebat ſup aquas.
Quia gratia illa que fuit cum iacob
ſpirabat ſuper gentes per oꝛa ꝓphe-
tarum annũtians ⁊ pꝛedicens repo-
ſitum eſſe gentibus tempus lucis ſi-
cut ex voce paterna eidẽ vere luci di
ctum eſt/poſui te in lucem gentium/ Jſa.42
vt ſis ſalus mea vſqꝫ ad extremum 49.
terre. vnde ⁊ cũ ipſa vera lux in typo
populi gentilis cecũ a natiuitate ſua
vellet illuminare ait iter cetera diſci-
pulis ſuis. Me opoꝛtet operari opa Joá.9.
eius qui miſit me donec dies eſt: ve-
nit nox qñ nemo poterit opari. Quã
diu in mũdo ſuꝫ lux ſum mũdi. ſi aũt
chꝛs lux mũdi eſt agnoſcamus de eo
in ſpiritu dixiſſe deũ pꝛem fiat lux: de
quo ⁊ per ioãnem dictũ eſt. Erat lux Joá.1.
vera q̃ illuminat oẽm hoiem veniẽ-
tem in hũc mũdũ. facta vo eſſe dicit
ſm humanitatẽ ꝓpter illud qꝺ ſeq-
tur: verbum caro factum eſt: ⁊ habi- ibidem
tauit in nobis. Quẽ eni in ſue maie
ſtatis gliã videri nõ poteram⁹ fact⁹ ẽ
nobis hõ ex tpe vt eẽt lux viſibilis.
Quia



Quia verus hõ ⁊ iacẽtẽ in tenebꝛis
⁊ i vmbꝛa moꝛtis gẽtilẽ populũ illu
ſtraret ſicut de eo iſaias lõge añ ꝑdi-
Jſa.9. xerat: populus gẽtiũ q ſedebat i tene
bꝛis: vidit lucẽ magnã habitantibus
in regione vmbꝛe moꝛtis lux oꝛta eſt
eis. Appellatũ vo chꝛꝫ diẽ nõ ſolũ ex
pñti loco verũ etiã ex euãgelio noui-
mus. Qui gdẽ volẽs ſe diẽ/aplos vo
itelligi hoꝛas. Cũ ei ne iret hieroſoly
Joá.11 maꝫ diſſuadẽdo crederẽt ait: neſcitis
qꝛ 12m ſunt hoꝛe diei? Qui ambulat
in die non offendit. Ergo apli quos
nominauit hoꝛas ꝑticipes facti eiuſ
dẽ lucis in ipſa pmi diei opatione ac
cipiẽdi ſunt. Ex eiuſdem nãqꝫ lucis
matt.5. oꝛe audire meruerunt. Vos eſtis lux
mũdi. Pꝛim⁹ nãqꝫ dies ſeculi ipſe ẽ
qui dominicus dies appellat in cui⁹
ſimilitudinis ſpecie 12m ſibi dñs co-
pulauit aplos qui ſe vt hoꝛe dieꝫ in
ps.18. lucis opibus ſequerent. Jgit ⁊ chꝛs
lux ⁊ apli lux in chꝛo: chꝛs dies cui
dies ver⁹ loquit eructuat vbũ. Qui
immo oẽs fideles dies eẽ ceperũt: qꝛ
ad eph. lux in dño. Tenebꝛe aũt q̃ ⁊ nox oẽs
5. infideles oẽs qui dilexerũt tenebꝛas
Joá.3. magis q̃ꝫ lucẽ. facta eſt aũt diuiſio in
ter fideles ⁊ ifideles in baptiſmatis
ſacro: qꝛ nemo põt adiũgi chꝛo ⁊ ec-
ibidem cleſie ſue qui nõ eſt baptiçat⁹ i chꝛo.
Joá.8. dictus eſt aũt chꝛs lux: qꝛ ipſe eſt ſa-
piẽtia dei. dicti ſũt ⁊ apli: qꝛ ⁊ ab ipa
vera luce acceperũt vt eẽnt lux mũ-
di ad annũtiãdũ mũdo euangelium
Euãge dei. Nẽpe ⁊ euãgeliũ ipſuꝫ lux eſt: qꝛ
liũ ẽ lux verbum dei: qꝛ per ipſum illuminate
ſunt gentes ⁊ erepte ſunt a tenebꝛis
ignoꝛantie ſue. Cap. 11m.

2° die Geñ.1.

DIxit quoqꝫ deus: fiat firma
mentũ in medio aquarũ ⁊
diuidat aquas ab aqs. Et
fecit deus firmamẽtũ: diui
ſitqꝫ aquas que erãt ſub firmamẽto
ab hijs que erãt ſup firmamentum ⁊
factum eſt ita. Vocauitqꝫ de⁹ firma-
mentũ celũ ⁊ factũ eſt veſpere ⁊ ma
ne dies ſcꝺs. Scꝺo tpe eccliẽ factuꝫ
eſt firmamẽtũ i medio aquaꝝ. Firma
mentũ eſt ecclia petri qui ſpãliter aſ-
ſumpta cruce ſecutus eſt chꝛm. Eſt
enim ecclia ipſa ſupꝛa petrã q̃ chꝛs ẽ
ſingulariter ab ipſo fundata dicente
eodẽ dño eideꝫ petro. tu es petrus ⁊
ſup hanc petrã edificabo eccliã meã mat.16
⁊ poꝛte inferi nõ ꝑualebũt aduerſus
eã. hoc aũt firmamẽtũ qꝺ ⁊ celũ dcm
eſt in medio aquaꝝ hoc eſt in medio
nationũ fundatũ eſt: qꝛ aque multe:
vt ait angelus Joãni ſunt ppli multi
dictũ eſt aũt firmamẽtũ ꝓpter tole- Apo.17
rantiã paſſionũ quas ſuſtinuit idem
petrus cũ ceteris militib⁹ chꝛi. nimi-
rũ: qꝛ nec cõfuſi lapidib⁹ nec ferro ex
parte aliqua cõciſi flecti aut concuti
potuerunt: fundati enim erant ſupꝛa
petram. Et qꝛ ex eiſdem populis qui
aque myſtice dicti ſunt ad fidẽ cõuer
ſi in ſinu firmamenti huius aſſumpti
ſunt ſublimãdi quãdoqꝫ in illam ce-
leſtem ciuitatem que eſt mater credẽ
tiuꝫ: diuiſi ſunt ab eis qui fidẽ dñi nõ
habebãt: merito dictũ eſt de eodẽ fir
mamento: ⁊ diuidat aquas ab aqs.
Aquas eni ab aqs firmamẽtũ diuiſit
qꝛ fideles ab infidelib⁹ mater ecclia
ſegregauit: alios q̃ſi filios recipiens
in vlnis ſuis: alios q̃ſi ſpurios extra
ſinũ relinquẽs. Nam ⁊ ſi cõfuſio ad-
huc plebib⁹ ⁊ vbiqꝫ cõmixtis ſimul
in vna vꝛbe vel vna domo pagani fi
deleſqꝫ manerent: fides tamen petri
⁊ eccleſie inter vtrunqꝫ populum di-
ſtinguebat. Appellata eſt ergo ecclia
petri que fandata eſt celum ⁊ firma-
mẽtum: qꝛ ⁊ omniũ aliarũ eccleſiaꝝ
refugium facta eſt: ⁊ vt pꝛeclara celi
ſidera ifixos in ſe tenet electos. Fru
ſtra ſe enim aliquis iactitat in chꝛo
manere qui ab huius firmamẽti gra
tia ⁊ a cõmunione diſcedit.
Cap. 12m.

Universidad de Deusto Biblioteca



3ᵃ die DIxit quoqꝫ deus.Congre-
gētur aque oēs que ſub ce
lo ſunt in locum vnū ⁊ ap-
pareat arida / appellauitqꝫ
deus aridā terrā: ꝯgregationeſqꝫ aq̈
rum appellauit maria. Tertio die cō
gregate ſunt aque que ſub celo erāt
Cōſtantinum in locū vnū ⁊ apparuit arida . Quia
tertio tpe ecclie per romanū pncipē
cōuerſum ad deū ifideles a fidelibꝰ
ſeparati ſunt ⁊ inſtar maris occeani
in circuitu collectis:eccleſia ꝟo i mo
dū terre libera in pace ꝑmanſit.Atqꝫ
ex hoc iā cepit germinare herbāvirē
tem lignū pomiferꝝ iuxta genus ſuū.
Ex quo enim ꝑ ꝯſtātinū data eſt pax
eccleſie chꝛiſti; inoleuit in ecclia dei
vt oēs chꝛiſtianoꝝ filij ſollēniter ba-
ptiçati iſtituerenť a chꝛiſtianis ⁊ do-
cerent attētius verba dei q̄tenus ha
berent in ſemetipſis ſemen verbi qꝺ
poſſet i alijs pꝛopagari. Pꝛotulit ꝟo
pꝛeter hos ligna pomifera facientia
fructū doctoꝛes vꝫ oꝛthodoxoꝝ ⁊ vi
ros eruditos q̱ fcti q̄ſi ligna que plā
tata ſunt ſecus decurſus aquaꝝ ꝺde
runt fructum in tpe ſuo:deniqꝫ vt ꝑ-
ps.1. termittā ceterosquoꝝ noia nō adeo
clara ſunt/ſub eodē tertio tēpoꝛe ⁊ ꝑ
pe ſimul:Hylarius/Ambꝛoſiꝰ/hiero
quo tpe nymus/Auguſtinꝰ / ⁊ Joānes chꝛy
viꝺ cro. ſoſtomus claruerūt in verbo dei q̄rū
archi- ſemia in toto oꝛbe diffuſa quot mala
epi floꝛ. hoium pauerunt ⁊ adhuc paſcāt eiꝰ
eſt agnoſcere qui nouit oia anteq̄ꝫ ſi
ant.Tranſeamus ad diē 4ᵐ ⁊ de eo
vel paꝝ aliq̄d eloquamur. Cap.13ᵐ.

4ᵃ die. QUarto die dixit deꝰ vt fie-
rent luminaria in firma-
mēto celi ⁊ pꝛeeſſent diei
ac nocti ⁊ diuiderent iter
lucē ⁊ tenebꝛas ⁊ eēnt
in ſigna ⁊ tpa ⁊ dies ⁊ annos.Et in
quarta parte apocalypſisſcriptū eſt:
apparuiſſe ſignū magnū i celo/mľie
rem amictam ſole ⁊ lunā ſub pedibꝰ
⁊ in capite eius coꝛonaꝫ ſtellaꝝ 12ᵐ.
Deſignatur aūt in claritate ſolis vi- Apo.12
ta cōtemplatiua que ꝑtinet ꝓpꝛie ad
anachoꝛitas:in luce lune vita actiua
que ꝑtinet ad cenobitas:in ſtellis ꝓ-
pꝛietates virtutū que faciebant ſin-
gulos habitare in ꝓpꝛijs cellis anti-
quos monachos ob ꝓpꝛietatē dono
rum dicente apľo. Unuſq̄ſqꝫ ꝓpꝛium ꝑᵃ ad co
donū hēt ex deo:aliꝰ q̄dē ſic:alius āt rin.7.
ſic. Uerūtn̄ ſm̄ plus ⁊ minus dicimꝰ
hoc in ſole hoc in luna hoc aūt i ſtel-
lis:alias āt totū qꝺ celeſtū eſt ꝑtinet
ad vitā cōtēplatiuā que maxie quar-
to tpe claruit in ecclia chꝛiſti mľtipli-
catis i heremis caſtris dei . Quāuis
ſub eodē quarto tpe ꝑficiendo decre
uerit/qꝛ ⁊ herba tūc magis ꝑficit cū
appꝛopinquat ad meſſem:nēpe ⁊ tē-
pus eius nō tā illud eſſe diciť in quo
incipit q̄ꝫ illud in quo ꝑacta meſſiōe
grana per triturā ſeparanť a paleis.
Sic ⁊ oꝛdines iuſtoꝝ ꝓpꝛia ⁊ ſpālia
tēpoꝛa accepiſſe fatemur/nō tn̄ q̱bꝰ i
ceperunt:ſed in q̱bus ad cōſūmatio-
neꝫ ⁊ ꝑfectionē venerunt. Quod āt Exulta
diximus oꝛdinē quartū qui eſt here- tio cum
mitaꝝ ⁊ virginū ꝑficiendo defeciſſe ruina
timēduꝫ eſt potius q̄ꝫ dicendū:eteni pꝛouer-
apta ꝑfectō ꝯliationē ꝑit/ꝯliatio exul bi.16.
tationē:exultationeꝫ ꝟo comitať rui-
na. Quia ſcriptū ē : an̄ ruinā exaltať
coꝛ.Igiť oꝛdo iſte quartus qui deſi-
gnatur in ſideribus celi q̄rto q̄dem
tpe claruit ſed mox defecit/nō q̄deꝫ
in ſe qui ꝑſeuerat vſqꝫ in finē:ſed in
illa claritate ⁊ in illis locis in q̱bꝰ vi-
ſus eſt floꝛuiſſe ad hoꝛam haud du-
biū/ꝙ ꝓpter malitiam inhabitantiū
in ipſis.Igitur in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis
eccleſia cōtemplatiua deſignať ⁊ illa
vtiqꝫ eccleſia que deſignať in mulie-
re amicta ſole ⁊ de qua ſcriptū eſt in
cāticis canticoꝝ.Que eſt iſta que ꝓ- Cāti.6.
grediť quaſi auroꝛa cōſurgens/pul-
chꝛa vt luna/electa vt ſol/terribiľ vt
caſtroꝛum



caſtroꝛuꝫ acies oꝛdinata.Quo eteni
modo?qꝛ tria q̄dā genera monacho
rum quoꝝ alij in Helia/alij in heliſeo
alij in filijs ꝓphetarum qui ſimul de-
4ᵃ regū gebant in hierico ſub heliſeo ꝓphe-
2.6. ta deſignata ſunt in vna erant ecclia
copulanda.Sic vnā Joānes mulie-
reꝫ deſcribit:quatenus in ſole intelli
gamus eos qui modis oibus adhe-
rent chꝛiſtuꝫ eūqꝫ ſm̄ apľm ꝑfectius
induentes nihil i mundanis faculta
tibus q̄runt:in luna que ſub pedibꝰ
manet illos qui manētes cōmuniter
ſubviris ſpūalibus deſignatis in ſtel
lis ſicut ⁊ noſtris faciunt tpibꝰ obe-
dientes erant.Excepto ꝙ illis nulla
erat poſſeſſio/aut poſſeſſionū āxietas
ſicut in tpibus iſtis.Sed ſūma ⁊ vna
pauꝑtatis voluntas.Hec idcirco di-
co vt ſciamus q̄d inter illos/⁊ mona
chos niſi tpis differens aut indiffe-
rens ſit.Ne foꝛte cū detractare cepe
rimus vel certe de illis electis qui ca
noniçe viuunt alterū occurrat ꝓ alte
ro ⁊ noium identitas itellectū obſcu
ret.fuerunt nāqꝫ ⁊ tunc qui dicerenť
monachi ſicut ⁊ nunc.fuerunt qui di
cerenť monachi ſicut ⁊ nunc : nec tn̄
aut illi minus ꝑfectionis ꝓpter hoc
habuiſſe credēdi ſunt/aut nobis cō-
fert aliq̄d nomen ſcm̄ ſi imitari negli
gimus ſanctos viros. Cap.14ᵐ

SI quis āt ea que deſcripta ſunt
de ſole ⁊ luna ⁊ ſtelľ/ad vniuer
ſitatem eccleſie aut ad niſi tpis
monaſteria retoꝛquere volue-
rit non deeſſe poterit q̄d cōuenienter
dicať.Sed tn̄ : illoꝝ ꝓpꝛietas quarti
curſum tpisſpāliter tangit:vna ergo
mulier amicta ſole cum luna ⁊ ſtellis
vnū deſignat oꝛdinē cōtēplantiū nu
mero mō tripartita varietate diſtin-
ctum.Cuius caput ꝑlati ſunt cuiꝰ pe
des ſubiecti/ipi ꝟo inter vtrūqꝫ/igiť
cōtemplatoꝛibꝰ ſol:ꝑlatis monacho
rum ſtelle:ipſis ꝟo monachis aſcribi
tur luna.Quatenus vnuſq̄ſqꝫ ex ſuo
lumine diſcat q̄d deſit ei ⁊ qualis ei
virtus neceſſari a ſit:nec imerito ſtel
le que dona ſancti ſpiritus moꝛaliter
pꝛenotant ꝑlatis q̄ꝫmaxime neceſſa-
ria in capite emicant mulieris:qꝛ ab
bates qui aias regēdas accipiunt lo
cū chꝛiſti tenent in cenobijs ſuis.Et
ob hoc ꝑfecti illi monachi qui ſub eo
rum diſciplina regulariter viuunt/lu
ne ꝑfecte ſilitudinē ſeruant q̄ ad hoc
inſinuandū myſteriū manere ſub pe
dibusviſa eſt.Cuius quoqꝫ tēperata
frigiditas/nō vacat i hac parte a my
ſterio boni:qꝛ ſicut pleruqꝫ in frigi-
ditate malitia/ita in ea ſepe ſepius ti
moꝛis humilitas deſignať.debēt eni
ſubiecti a pꝛincipio timoꝛe dn̄i eē fri
gidi ⁊ triſtitia gelidi pꝛo peccatis/q̄-
uſqꝫ charitatis igne ſuccēſi itelligāt
ſibi dimiſſa eſſe peccata/aliogn timē
da eſt illis ſnia illa terribilis qua an-
gelo laoditie dictū eſt/qꝛ non es cali Apoc.3
dus neqꝫ frigidus icipiā te euomere
ex oꝛe meo . Et q̄dem libertatē ſpūs
ſꝑ debet fideliter affectare ſubiectꝰ.
Sed nō pꝛius debet collū a timoꝛis
excutere ſuitute/q̄ꝫ ſe charitatis ſpi-
ritū ſe accepiſſe ꝑpendit:lꝫ aūt poſſi-
bilitatis iequalitas diſtinctionē hāc
triplicē oꝑetur vnitas tn̄ voluntatis
ſimul oēs cōiungit:ide eſt ꝙ nō tres
mulieres ſed vna infra ſolem ⁊ lu-
nā ⁊ ſtellas media ꝯſiſtere viſa eſt:qꝛ
ex illis tribus ꝑfectionibus vna co-
adunatur eccleſia que mira pulchꝛi-
tudine lune ꝑfectiōe ſolis caſtroꝛūqꝫ Can.6.
terribilitate induta tanto in ſuperna
patria deo erit viciniou quāto i huiꝰ
mundi caligine eſt ab actibus ſeculi
aliena.Et bn̄ aſſumptis alis aq̄le di- Apo.12
citur hec mulier aduolaſſe in deſertū
in locum ſuuꝫ:re ⁊ enim vera ipſe eſt
locus cōtemplantium:vt illud q̄nqꝫ
meretur audire cuius ſupꝛa fecimus Canti.
mētioneꝫ:que eſt iſta que aſcēdit per 3.c.

Universidad de Deusto Biblioteca

deſertum ſicut virgula fumi ex aro-
matibus myrre ⁊ thuris. Sed certe
mulieri huic pēne agle date ſunt/vt
illa eſſe agla intelligat̃ de qua dicitur
Apo.4 ⁊ quartū aial ſimile agle volanti/de
quo nimiꝝ aiali cuʒ diceret ezechiel
facies leonis ad dextris ipſoꝝ 4^or:
ꝓtin⁹ adiecit ⁊ ait facies vo agle de
Eze.1. ſup ipoꝝ 4^or. Si eni verbi grā paſto-
rum principē Petrū: martyrū Ste-
phanū/doctoꝝ paulum/Mariā vir
ginū eſſe dicimus/iueniunt̃ Petrus
⁊ paulus a dextris/qꝛ eqlis ſunt me
riti ⁊ dignitatis: Stephan⁹ a ſiniſtris
qꝛ miniſter apl'oꝝ fuit. Deſup Ma-
ria qꝛ regina eſt hoium ⁊ angeloꝛuʒ.
Sunt enim Petrus ⁊ paulus altio-
res Stephano/inferioꝛes maria. Sʒ
ſi illi altioꝛa penetrāt qꝛ altius ſubli-
mant̃/recte luminaria celi iter luceʒ
⁊ tenebꝛas inter ſapiam ⁊ ſtultitiam
qui luce ſapiētie ſunt ꝑfuſi. Qui itel-
ligunt ipſa duce qd habeant hoies a
ſeipſis/⁊ quid ſint a gratia cōſecuti.
Qui enim cōtēptis lucris mūdi ſola
celeſtia cōcupiſcunt/eo poſſunt habe
re diſcretionē iter vitia ⁊ virtutes/ q̃
conſtat qꝛ ſcientib⁹ lucē etiā tenebꝛe
ſunt apte: vnde per apl'm ſcriptū eſt.
ꝑme ad Spiritualis homo oia iudicat ⁊ ipſe
coꝛin. 2 a nemine iudicat̃/qui bn̄ quoqꝫ diei
ac nocti pꝛeeſſe dicti ſunt/qꝛ ⁊ iuſtis
pꝛeſunt magiſterio ⁊ peccatoꝛib⁹ exē
plis: quatenus ⁊ illi audiāt qd ſit eis
tenēdum/⁊ iſti reſpiciant quid agen
dū. Quāuis ⁊ nō de ſole ⁊ luna ſed
tm̄ de ſtellis dicta iferius videant̃: qꝛ
qđ pꝛius vbi agit̃ de rebus creādis
exhibet̃ cōfuſum/vbi agit̃ de creatis
demoſtrat̃ diſtinctū. Qđ aūt ſubiun
ctū eſt/⁊ ſint in ſigna ⁊ tꝑa ⁊ dies ⁊
annoʒ: qualiter illi oꝛdini qui claruit
quarto tempoꝛe magis cōueniant q̃ʒ
ceteris tribus/tam de veteri vt iā di
xit teſtamēto q̃ʒ de nouo colligi pōt:
qꝛ ⁊ ibi aliqd accidit quod eſſet in ſi-
gna ⁊ tēpoꝛa ⁊ dies ⁊ ānos ⁊ hic ad
dictuʒ eſt per Joānem in apocalypſi
quod ab eodem myſterio non diſcoꝛ
dat. Cap.15^m.

Et cū tales viri vel femine i ſi
gna fuere / qꝛ ſicut ſtelle celi i
ſigna ſunt nauigātibus: ita ⁊
vita iſtoꝛum in exēpluʒ fidelibus da
ta eſt. Ut ſciant quo ire debeant oēs
qui cōſiderāt oēs fuere quoqꝫ in tꝑa
⁊ dies ⁊ annos/ qꝛ ſic quōdā helias
certis tempoꝛibus diebus vel annis
3^ii regū māſit abſcōditus a facie iezabelis ħ
17.19. eſt tribus annis ⁊ mēſib⁹ ſex/ita ſub
Apo.12 eodē ſpatio dieꝝ ⁊ annoꝝ dicta ē me
moꝛata ſtetiſſe in ſolitudine ħ.1260.
hoc tēpus ⁊ tēpoꝛa ⁊ dimidium tem
poꝛis/qꝛ vo numerus iſte dieruʒ vel
annoꝝ noctibus ſit ad agnoſcēda tē
poꝛa dies ⁊ annos/⁊ in ſcđo huius
opis libꝛo ſufficiēter dcm̄ ē. Sʒ ſi cō-
ſtat ꝙ ſig̃tū hui⁹ numeri ſit totū tꝑs
filioꝝ iſrael hoc eſt gn̄atiōes.42.q̃s
matt.1. deſignat Mattheus. Jta totū tem-
pus plenitudinis gētium ſub codeʒ
generationis numero ꝯtinere digno
ſcit̃. Quia ſub 4° tēpoꝛe poti⁹ q̃ʒ ſub
aliq̃ alio/iſdē in ſtellis numerus ſcri
ptus: niſi qꝛ q̃rtū tēpus cui hoc aſcri
bit̃ velut in libꝛa manens tribus tē-
poꝛibus ꝓcedētibus totidēqꝫ ſequē-
tibus veluti ex equo cōiunctū eſt/ita
vt vtriqꝫ parti ꝑticipare videat̃. Nē-
pe ⁊ eccleſia iſta virginū que ſignifi-
Jſa.7. cat̃ in muliere/mater eſt ⁊ nutrix fi-
matt.1. deliū/qꝛ virgo poꝛtauit Chꝛiſtum in
Luce.2 vtero: virgo peperit ⁊ lactauit. Ut er
4^i re.2. go Helias ⁊ Heliſeus ⁊ filij ꝓpheta
rū mediū ſub teſtamēto veteri tenue
runt tēpus. Jta ſub nouo oꝛdo here
miticus ⁊ virgineus diſtinguens in-
ter annos ⁊ annos: iter tꝑa ⁊ tꝑa ple
nitudinis gentium. Et hoc
qdē ita: qđ āt ſeqt̃. Ca.16^m

Gene.1 Et fecit deus duo luminaria
magna: luminare maius vt
pꝛeeſſet



pꝛeeſſet diei: ⁊ luminare minus vt ꝑ
eſſet nocti. Sicut in rei veritate hoc
coꝛpoꝛaliter factū videmus. Jta ſpi-
ritualiter fieri in ecclia dei oꝛdo eccle
ſiaſticus doctrinaqꝫ demonſtrat. Si
2^a ad co enim que audiuit Paulus in paradi
rin.12. ſo raptus vſqꝫ ad tertiū celū tacenda
eſſe hoibus poſtq̃ʒ dicēda teſtat̃. Et
ſi tm̄ iter ꝑfectos loq ſe idicat ſapiē-
tiā liquet ꝙ ſolis ſpūalibus viris ꝓ-
ꝑme ad ponēda eſt vita cōtēplatiua/deſigna
coꝛi.2. ta in claritate ſolis. Carnalibus aūt
qui nō itelligunt que ſunt ſpūs dei/
⁊ qui tenebꝛis ignominie iuoluti ſūt
actiua potius vita deſignata/ꝓponē
da eſt i modica luce lune. Quia non
pꝛius in homine quod ſpirituale eſt
ſed quod animale/deinde quod ſpi-
ꝑ^a ad co rituale. Si enim animalibus homi-
rin.15. nibus ac ſi cuiuſdam ſplendidiſſimi
ſolis pꝛedicas vitam alicuius ſan-
ctiſſimi heremite ipſi iſirmati coꝛde/
quid eis ꝓdices nō ꝑcipiunt: ⁊ qꝛ nō
intelligūt que dicis ad operādū ali-
quid nō cōſurgunt: vident eni hoieʒ
ſolū/⁊ hois opus nō vident/⁊ ob ħ
inertē iudicant ⁊ iutilē/cuius iternā
lucē ⁊ ignitos radios nō agnoſcunt.
Si aūt igrediunt̃ monaſteriū fratruʒ
oꝛdinate viuētiū ⁊ oñdētiū illis oꝑa
manuū ſuaꝝ: accidit plerūqꝫ illud qđ
matt.5. dicit dn̄s in euāgelio. Sic luceat lux
veſtra coꝛaʒ hoibus/vt videant oꝑa
veſtra bona ⁊ gloꝛificent pꝛem vꝛuʒ
qui in celis eſt. Jgit̃ luminare maius
facit domin⁹ vt ꝓeſſet diei: ⁊ luminar̃
minus vt ꝓeſſet nocti: qꝛ ⁊ vita con-
tēplantium ꝓponenda eſt ſpūalibus
⁊ perfectis: ⁊ vita bene operātiū aia
libus ⁊ infirmis. Quid de ſtellis? Et
fecit inquit ſtellas ⁊ poſuit eas in fir
mamēto celi/vt ꝓeſſent diei ac nocti:
hoc iam ſupius expoſuimus cum de
eis faciendis ſermo pꝛopheticus tā-
geretur. Sed ⁊ nunc vbi agit̃ de iam
factis non eſt extimandū ſuperfluuʒ
ſi quod ibi minus ſcripſim⁹ hic ſup-
pletur. Fecit deus omnipotens ſtel-
las ⁊ poſuit eas in firmamēto celi vt
pꝛeeſſent diei ac nocti: qꝛ poſt viros
illos ſpirituales qui ſequentes vitaʒ
Helie noctis cōſoꝛtia neſcierunt/da
ti ſunt alij viri ſancti imitatoꝛes heli
ſei: qui incedētes inter vtrāqꝫ vitam
⁊ iuſtis pꝛebuerunt ſanctitatis regu-
lam ⁊ peccatoꝛibus oſtēderunt bo-
ne actionis exēpla. Jnde enim eſt ꝙ 4^i re.2.
ſpūs Helie duplex factus eſt in ani-
mo Heliſei: qꝛ viri illi ſancti qui ſm̄
Heliſeum deſignātur in ſtellis/tantā
perfectionis gratiā conſecuti ſunt vt
digne ꝑ meritis pꝛeeſſe poſſunt diei
ac nocti. Jdeſt vt ſic inuigilent acti-
ue vite/vt contēplatiuam nō deſerāt
ſic amoꝛis dei iocūdentur dulcedine
vt tamen pꝛoximoꝛum nō cōtēnant
ſalutem. Unde ⁊ bene ſubditur: ⁊ di
uiderent lucē a tenebꝛis. Quaſi eniʒ
inter lucē ac tenebꝛas diuidunt/duʒ
inter vtrāqꝫ vitam diſcernunt ⁊ quo
dāmodo in die liam: in diei lumine
amplexatur Rachelem. Tales enim
apti ſunt ad officiū paſtoꝛale qui ſci-
ant ⁊ aſcendere ⁊ cōdeſcendere: qui
perfectos in altis doceant ⁊ in imis
infirmos. Uerum quia luna ⁊ ſtel-
le ad noctem pertinere noſcūtur/ſo-
lus autem ſol ad diem ſcriptura atte
ſtante que dicit: fecit deus ſolem in
poteſtate diei: lunam ⁊ ſtellas in po-
teſtate noctis/abſurdum videtur di- ꝓs.135.
ci de ſtellis ꝙ poſuerat eas domin⁹ i
firmamento celi vt lucerēt ſuper ter-
ram/⁊ pꝛeeſſent diei ac nocti ⁊ diui-
derent luceʒ ac tenebꝛas: niſi qꝛ alia
tamē ſcriptura dicit. Spiritus eſt qui Joā.6.
viuificat: caro non pꝛodeſt quicq̃ʒ. 2^a ad co
Quid enim ſi deficit littera que occi rin.3.
dit. Si deficit iudeo deficit qui ſecta
toꝛ eius eſt. Mihi autem manet qđ
meum eſt ⁊ deficere nequit. Quocir
ca ⁊ ſi ſtelle q̃s attēdit iude⁹ nō ꝓſunt

diei ac nocti:nec diuidunt lucē ⁊ te-
nebꝛas ſicut lr̄a velle videꝛ/ ſtelle tñ
quas intuemur in ſpiritu id hn̄t poſ-
ſe qꝺ ſcriptura teſtatur. Et nihil iter
eſt vtrū ſit verū ſm̄ lr̄am ſi ſm̄ ſpiri-
tum nō eſt falſum. Et bene in firma-
mento celi poſite referūtur ſtelle:qꝛ
qui nō eſt fundatꝰ in fide petri a nu-
mero iuſtoꝛū alienꝰ exiſtit. Cap.17m.

5ᵉ die
Quinto die dixit deꝰ vt ꝓ-
ducerent aque reptile aīe
viuētis/⁊ volatile ſup ter
ram ſub firmamento celi.
Quod cū factū fuiſſet/
benedixit eis dicens. Creſcite ⁊ mul
tiplicamini ⁊ replete aquas maris
aueſqꝫ multiplicenꝛ ſup terrá. Notá
dum ꝙ ea que in quatuoꝛ diebꝰ crea
uit deus ſic bona creata ſunt vt vix
vnquá aliqd eoꝛū in mala parte itel-
ligi queát. In qn̄to v̄o die mūda pa-
riter ⁊ imūda creata ſunt. Sunt enī
piſces ſm̄ legē mūdi ⁊ imūdi aueſqꝫ
ſimiliter. Eodem modo in ſexto die
aīalia mūda ⁊ imunda ⁊ in ipſis mū
dis ⁊ imundis aliqua foꝛtia ⁊ hoꝛri
bilia/ſicuti ſunt leōes pardi vꝛſi aſpi
des baſiliſci dꝛacones vipe ceraſtes
⁊ vniuerſa reptilia que mouenꝛ i ter
ra. Et tamē vidit deus cūcta q̄ fece-
rat ⁊ erāt valde bona. Si qs eis bn̄
vtiꝛ bona ſunt/qꝛ ad aliquá vtilitatē
creata. Alioquin ⁊ cibus malus eſt:
qꝛ eo nōnunquá ꝓfocanꝛ incauti: ⁊
aqua mala eſt qꝛ multi moꝛiuntur in
ea:⁊ ignis malus eſt/qꝛ multos facit
egere cū tá bona ſint in natura ſua ⁊
tam neceſſaria filijs hoīu vt plerūqꝫ
pꝛius vita q̄ꝫ illoꝛū vtilitatibꝰ carere
volūt. Quinimo ⁊ plerūqꝫ hocipſu
ſit illis carere vita: qꝛ qui eis carent
carere eos vita neceſſe eſt. Oia ergo
bona fecit deus: quinimo nō ſimpl̄r
bona:ſed valde bona/qꝛ ſi qua ſunt
que ſibi nō ꝓſunt/pꝛoſunt electis dei
pꝛo quibus facta ſunt:qꝛ qcqd crea-
tum eſt infra mūdu aut ſunt ipſi aut
pꝛopter ipſos. Cete aūt grandia illi
reges mūdani itelligēdi ſunt/qui lꝫ
multos abſoꝛbeát multi tamē pꝛo cō
feſſione chꝛiana cēſenꝛ ⁊ fidei catho
lice defenſoꝛes exiſtunt. Ceteri boni
piſces clerici ſunt ſi tamē boni qui lꝫ
inter ſeculares hoies ac ſi iter fluctꝰ
maris coꝛpoꝛal̄r maneát mēte tamē
⁊ aīo ad ſupioꝛa ſuſpirant. Bone v̄o
aues que monachoꝛū ſunt turme/ſi
tamē bone que relictis abyſſis huiꝰ
mūdi ad celeſtia volant:qui ⁊ ſi vſqꝫ
ad perfectionem ſolis ⁊ lune ⁊ ſtella
ru ſublimari nequeunt dūtñ vita ſo
litaria aut cōuentuali ſocietate gau-
dent/aues mundiſſimas imitantur/
maxime autē turtures ⁊ columbas:
poꝛro aues rapaces ſicuti ſunt coꝛui
⁊ milui bubones noctue ⁊ earū ſimi
les auaros cupidos luxurioſos atqꝫ
innocētū oppꝛeſſoꝛes deſignant ſeu
etiá ſciſmaticos ⁊ hereticos qui paſ
ſi catholicos ꝑſequunꝛ. Quoꝝ aliq
poſt multa diſcrimina que intulerūt
eccleſie abierunt in locum ſuū:alios
nouas pugnas illaturos vſqꝫ ad pꝛe
ſens tēpus ſuſtinet patientia dei. Su
ſtinet aūt illos qui facit aliud vas in ad ro.9
honoꝛe aliud in cōtumeliam vt notá
faciat potentiam ſuam ⁊ oſtēdat di-
uine gloꝛie ſue in vaſis miſericoꝛdie
que elegit ſm̄ conſilium voluntatis
ſue. Sane illi clerici ⁊ illi mōachi qui
in piſcibus ⁊ auibus deſignantur q̄ſi
in quinto tp̄e creati ſunt/qꝛ nunq̄ꝫ i
pꝛeteritis tēpoꝛibus eccleſie vel mo
naſteria in tali mō quo conuenit plu
ribus oꝛdiate fuere/quomodo in tē-
poꝛe quito. Nunq̄ꝫ ex alijs eccleſijs
tot multitudines pꝛopagate ſunt. vñ
bene dictum eſt illis. Creſcite ⁊ mul
tiplicamini ⁊ replete aquas maris/
aueſqꝫ multiplicentur ſuper terram/
quod alijs creaturis que in quatuoꝛ
diebus pꝛeceſſerant non eſt dictum.





Quia nō dico clericoꝛū ⁊ monacho
rum/verum etiá eccleſiarū ⁊ mona-
ſterioꝛū que pꝛopagata ſunt ab alijs
in tēpoꝛe quinto in hac occidētali ec
cleſia colligere numerū nō eſt facile.
Maxime vt compleretur in ea illud
myſticū qꝺ ſcriptū eſt de ipſo in typo
iude patriarche cuius filij abſqꝫ nu-
mero multiplicati ſunt. Sic enim di-
citur de eadē tribu in paralipomenō ꝑⁱ para.
fratres aūt eius nō habuerunt filios circa ꝓn
multos ⁊ vniuerſa cognatio nō po- cipium
tuit equare ſūmá filioꝛū iuda. Scd̄m
hoc dicere poſſumus de eccleſijs gre
coꝛum ⁊ de latina eccleſia ꝙ omnes
filij eccleſiaru vſqꝫ ad Carolum ſub
quo inchoatū eſt tēpus quintū non
potuerūt adequare ſummá filioꝛū oc
cidentalis eccleſie/fuit enim clemen
tioꝛ circa filios pꝛeterq̄ꝫ in peccatis
⁊ ideo magis creuit in ꝓpagine pꝛo-
lis. Ut enim pꝛetermittá cetera de ſe
ueritate ⁊ clemētia. Quid magis ſe-
De mo uerum q̄ꝫ qꝺ ſcripſit ſanctus Baſiliꝰ
nachis non eſſe monachis indulgenda po-
latinis cula vini. Quid aūt clemētius q̄ꝫ qꝺ
⁊ grecis ait ſanctus Benedictus dandá eſſe
eminá vná per diē abſtinere nō valē
tibus:vbi haberi pōt/⁊ maxime dá-
das eſſe carnes infirmis quas greci
negant indifferenter:quáuis quidā
grecoꝛu dicant magis ex vſu maio-
rum q̄ꝫ ex regula ſupꝛaſcripti ſancti
viri eſſe egrotantibus carniū fercula
interdicta. Sed hoc iure vigilanter
conſidera quid magis altum ſit ⁊ cō
ueniens raritati:quid magis humile
⁊ fratrū multitudini oppoꝛtunū. Ne
quis qꝺ abſit duoꝛū alteru cauilleꝛ
erraſſe:qui enī hoc putat inſanus ē.
Ne aūt hoc putet aliquis nouerit iu
nioꝛem pꝛioꝛem tēpoꝛe cōmendaſſe
quocirca nō imerito qn̄to die piſces
maris ⁊ aues celi nō ſolū creati ſunt
veꝝ etiá vt creſcerēt ⁊ multiplicarēt
benedictionē ꝯſecuti. Ut qꝺ in alijs
tempoꝛibus defraudauit ſeueritas ꝑ
bn̄dictionē clemētie ſuppleret in qn̄
to. Ac ſi de eo ſcriptū eſſet in pſalmo.
Miſericoꝛdia ⁊ veritas obuiauerūt ꝑs.84.
ſibi iuſtitia ⁊ pax oſculate ſunt. ⁊ pau
lo poſt etenim dn̄s dabit benignita-
tem ⁊ terra noſtra dabit fructū ſuū.
Igiꝛ ⁊ vita monachoꝛū quarti tp̄is
clarioꝛ fuit. Iſtoꝛū tñ ſatis fecūdioꝛ: geñ.30.
qꝛ ibi/vt illud inferá rachel emulatá
ſoꝛoꝛē poſtulauit ſibi liberos dari a
viro:⁊ qꝛ nō potuit obtinere ꝓpꝛios
habuit quos potuit ꝺ ancilla. hic lia
que poſt quartū filiū ceſſauerat a cō/
ceptu:rurſum reſumptis viribus bi-
nos ⁊ filiá parturiuit. Cap.18m. ibidem

6ᵉ die
Sexto die dixit deus vt pꝛodu-
ceret terra animá viuētē i gn̄e
ſuo iumēta ⁊ reptilia ⁊ beſtias
terre/ſm̄ ſpecies ſuas. Et fecit Geñ.1.
inquit deus beſtias terre iuxta ſpe-
cies ſuas ⁊ iumenta ⁊ omne reptile
terre in genere ſuo. Et vidit deus ꝙ
eſſet bonū ⁊ ait. Faciamus hominē
ad imaginem ⁊ ſimilitudinē noſtrá.
Et pꝛeſit piſcibus maris ⁊ volatili-
bꝰ celi ⁊ beſtijs vniuerſeqꝫ terre. Et
creauit inquit deus hominē ad ima
ginem ⁊ ſimilitudinem ſuá. Ad ima-
ginem dei creauit illum:maſculum ⁊
feminá creauit eos/benedixitqꝫ eis
deus ⁊ ait. Creſcite ⁊ multiplicami-
ni ⁊ replete terram ⁊ ſubijcite eam
⁊ dñamini piſcibus maris ⁊ volati-
libus celi:⁊ vniuerſis animantibus
que mouentur ſuper terram. Beſtie
⁊ reptilia que creauit deus ſexto die:
regna ſunt paganoꝛū ⁊ ſecte pſeudo
pꝛophetarū que ſexto tp̄e eccleſie qꝺ
in iānuis eſt atrocius ꝑmittentur ſe-
uire cōtra eccleſiá ꝓpter peccata di-
cente apl̄o:qꝛ charitatē veritatis nō 2ᵉ ad th
receperūt vt ſalui fierent mittet illis eſſa.2.
deus operationē erroꝛis vt credant
mēdacio ⁊ iudicenꝛ oēs qui nō credi
derūt veritati/ſꝫ cōſenſerunt iniqtati

Dominus inquit mittet illis opatio
nem erroꝛis.i.eo ꝑmittēte in ira ſua
fiet malū iſtud ꝓpter peccata/quēad
modū ſi ꝗs vꝛſuꝫ vel leonē volētem
currere ad ꝓdā teneret alligatuꝫ ca⸗
tenis ferreis clamaretqꝫ circūſtanti⸗
bus vt ſibi cauerēt ꝗ tñ negligerēt ſe
metipſos:⁊ ꝙ eo grauius eſt viro te⸗
nenti beſtiā cōtumeliā irrogarēt alia
qꝫ multa inceſſanter cōmitterēt. Ille
quidē intra ſuā alligatā beſtiā ſolue⸗
ret cōtra malos/queqꝫ tñ dimiſſa avi
ro id faceret omnino qđ priꝰ facere
cupiebat. Sic ⁊ beſtie iſte ex ſua ꝗdē
volūtate parate nocere fidelibꝰ:ſꝫ tñ
non licet eis niſi cū iuſto dei iudicio
ps.103. certis tꝑibꝰ ꝑmittanť. Scriptū ꝗppe
eſt. Poſuiſti tenebꝛas ⁊ facta ē nox
in ipſa ꝑtrāſibūt omnes beſtie ſylue.
Quāuis aūt vniuerſa etas iſta ꝗ vo⸗
cať ſexta ſub qua cōtineňť ſeptē tꝑa
iſta de ꝗbus agimus nō caruerit ꝑſe
cutione huiuſcemodi beſtiaꝝ. Exigē
te hoc generali itellectu de quo nos
opꝫ agere in ſequēti ſpāliter tñ inſul
tus iſtarū beſtiarū ⁊ reptilium ſm ꝙ
oſtēdiť in daniele ⁊ apocalypſi pꝛo⸗
pꝛie reſpicit ſextū tꝑs ſexte huiꝰ eta⸗
tis. Nimiꝝ qꝛ ⁊ generalia generale
⁊ ſpālia exigūt ſpāle. Et notādū ꝙ i
vtraqꝫ auctoꝛitate ſenarius numerꝰ
Da.7. eſt in cā. Ut eni in ſexta viſiōe danie⸗
Apoca. lis expoſuit angl's myſteria beſtiaruꝫ
13. aſcēdētiū de mari:ita ⁊ in liº apocaly
pſis quatenꝰ patēter dareť intelligi
ꝙ in futuꝝ erat in tꝑe ſexto. qđ crea⸗
tio ſexte lucis myſteriali iudicio pꝛe
mōſtrauit:veꝝ hec ꝓpter peccata/ꝓ⸗
pter ſe auteꝫ dñs creauit in die ſexto
oues ⁊ boues vniuerſas inſuꝑ ⁊ pe⸗
coꝛa cāpi. Creauit in hoc tꝑe ſexto in
oꝛdine laicoꝝ nouas ſpēs religiōis:
ſicut ſunt fratres tēpli ⁊ hoſpitala⸗
rij:⁊ ꝗdā alij in partibꝰ hiſpaniarū ⁊
cōuerſi oꝛdinis ciſterciēſis ⁊ eoꝝ ſi⸗
miles qui oēs in adiutoꝛiū clericoꝛū
aut monachoꝝ creati ſunt a dño ſm
ſpecies ſuas:vt impleanť multe ille
māſiōes que ꝓpter diuerſas ſpēs ele
ctoꝛuꝫ in domo domini parate ſunt.
Qđ aūt cōpletis oibus ad vltimū in
die 6º creatus eſt homo qui ꝑeſſet pi
ſcibus maris ⁊ volatilibꝰ celi ⁊ be⸗
ſtijs vniuerſeqꝫ terre:nō eſt alienū a
myſterio filioꝝ lie ⁊ rachelis. Natis Ge.29.
enim.6.filijs lie quaſi in ſex tēpoꝛibꝰ 30.
mox circa finē editus eſt ioſeph qui
pꝛefuit fratribꝰ ſuis ⁊ dominatus eſt Ge.41.
in oi terra egypti:ita vt ipſe pharao 44. ⁊
obediret ei ⁊ ſtaret oibus ꝯſilijs eiꝰ. 50.cap.
Futurus eſt enim vt oꝛdo vnus ꝯua
leſcat in terra filijs ioſeph ⁊ ſalomo⸗
nis ⁊ ipſius quoqꝫ abba hois cuius
etiaꝫ filius dictus eſt a ꝓpheta:qꝛ in
ipſo ⁊ per ipſuꝫ ⁊ ſm ipſuꝫ foꝛmatus
erit gl'a ⁊ dignitate ⁊ ipē ſubijciet be
ſtias ⁊ oēm terrā:vt cōpleať in eo ꝓ⸗
miſſio illa pſalmi dicētis:⁊ domina⸗ ps.71.
biť a mari vſqꝫ ad mare ⁊ a flumine
vſqꝫ ad terminos oꝛbis terraꝝ. Ipſe
eſt ille ppl's ſanctoꝝ de quo dixit an
gelus danieli regnū aūt ⁊ ꝑtās ⁊ ma Da.7.
gnitudo regni ꝗ eſt ſubter oē celū da
biť populo ſanctoꝝ altiſſimi. Hic eſt
populus ille ſanctus oꝛdo.ſ.iuſtoꝛuꝫ
circa finē futurus de quo in typo ſa⸗ 2i Re⸗
lomōis dictū eſt a dño ꝑ nathā ꝓphe gum.7.
tam. Ego ero illi in pꝛēm ⁊ ipſe erit
mihi in filiū. Neqꝫ eniꝫ ſm ꝙ aperte
docet angl's i ꝓſcripta viſiōe danielis
de ſolo filio dei itelligēda ſunt verba
iſta:ſꝫ tā de ipſo ꝗꝫ de his ꝗ ſunt eius
de illis vꝫ ſanctis hoibꝰ circa finē fu
turis ꝗ ſecuti ſunt ad itegrū veſtigia
eius/⁊ in ꝗbus occurſurus ē ad inte
grū chꝛianꝰ ppl's in virū ꝑfectū i mē
ſuraꝫ etatis plenitudinis chꝛi. Qđ ſi ad eph.
queriť de ſanctitate illꝰ ppl'i vel oꝛdi 4.
nis ꝗlis erit ꝗꝫ apte in ȥacharia de⸗
mōſtrať cū di. Extēdam manū meā
ad paruulos ⁊ erunt in oi terra dicit Ȝacha⸗
dñs. Partes due in ea diſꝑdentur ⁊ rie.13.
deficiēt



deficiēt ⁊ tertia ꝑs relinqueť in ea:⁊
educam tertiaꝫ ꝑtem per ignē ⁊ vꝛā
eos ſicut vꝛiť argentū:⁊ ꝓbabo eos
ſicut ꝓbať aurū. Ipſe iuocabit nomē
meū ⁊ ego exaudiā eū. Ueꝝ qꝛ idem
oꝛdo nō erit abſqꝫ ꝓlatis ꝗ gerāt i eo
vicē chꝛi. Et ſi gñalis itellectus totū
ipſuꝫ oꝛdinē tāgit ſpāliter tñ ipſos ꝓ
latos in ꝗbꝰ regnauit chꝛs ieſus quē
ps.109 opꝫ dñari ⁊ regnaꝛ donec ponat oēs
inimicos ſuos ſub pedibꝰ ſuis: ſane
vxoꝛ ade ꝗ data eſt illi in ſodaleꝫ ec⸗
cleſiam ſignificat ꝑ quos ⁊ ꝓdicabiť
euāgeliū regni in vniuerſum oꝛbeꝫ.

Cap.19m.

Gen.2. Patratis deus oipotēs celis ⁊
terra oiqꝫ oꝛnatu eoꝝ regeuit
die ſeptio ab oibus opibꝰ ſuis
qꝛ ꝯſūmatis oibus myſterijs
que deſignata ſunt in opibus ſex die
rū dabit deꝰ pacē ⁊ ociū electis ſuis
⁊ regeſcet reuera ab oi ope ſuo ſicut
ſcriptū eſt i.10º.c.libꝛi apocalypſis:le
Apoca. uauit angl's manū ſuā ad celū ⁊ iura
10. uit ꝑ viuentē in ſecula qꝛ tꝑs iā non
erit ampliꝰ. Sꝫ i voce ſeptimi angeli
cū cepit tuba canere ꝯſūmabiť myſte
riū dei ſicut euāgeliȥauit ꝑ ſeruos ſu
os ꝓphetas. Bñdicet autē huic diei
hoc ē tꝑe 7º ⁊ ſanctificabit vt ſit ſan⸗
ctificatus ⁊ liber ab oi ope ſeruili:qꝛ
cōſūmatis diebꝰ luctꝰ electoꝛum ſuo
rum adducet tꝑs pacis ⁊ innocētie
vt gaudeat coꝛ eoꝝ ⁊ gaudium eoꝝ
nemo tollet ab eis. Cap.20m.

Cuperē de tertio celo hoc eſt
de tertio itellectu ſupꝛa cuiꝰ
fecimꝰ mētioneꝫ in honoꝛe
ſpūs ſancti aliꝗd vel bꝛeuiť
intimare:eſſetqꝫ vt ego puto poſſibi⸗
le/ſi cōſūmatio ipa opis exhiberet ⁊
tꝑs. Si eni iā cōpleta eſſent opa ꝗ fu
tura ſunt ſub tertio ſtatu:quō cōple⸗
ta ſunt ea ꝗ viſa ſunt ꝑtiere ad ꝑmū
⁊ ſecunduꝫ/poſſemus foꝛſitan iſtius
opa quēadmodū ⁊ illoꝛū in ꝯcoꝛdie
ſtatura coaptādo ligare. Sed qꝛ i pꝛi
mo illius tempoꝛe ſtatus cōſtituti ſu⸗
mus/ſola adhuc initialia que pꝛeſto
ſunt exhibere ſufficimus. Si ergo il
lius intellectus qui pertinet ad ſpiri⸗
tum.ſ.in ſeptem futuris tempoꝛibus
queritur aſſignandus / fateoꝛ me ad
huc aſſignare nō poſſe:quia nonduꝫ
eſt completum opus ipſoꝛum tempo
rum quod tertius exigit intellectus.
Sicut eniꝫ Ȝacharias pater Joānis
inter ſynagogam ⁊ eccleſiam conſti
tutus adeſſe quidem tempus eccle⸗
ſie/⁊ chꝛiſti natiuitateꝫ pꝛedixit/ſed
tamen ea que Chꝛiſtus erat factu⸗
rus non eſt ſeriatim intimare ꝑmiſ⸗
ſus/ita ⁊ nos/qui inter ſecūdū ⁊ ter
tiū ſtatū cōſtituti ſumus/multa ꝗdeꝫ
de tertio illo ſtatu ȥōtēplari ꝑmitti⸗
mur: oꝛdinem vō rei/quem factu⸗
rus eſt dominus: iuxta numeruꝫ die
rum ⁊ diſtinctiones operum aſſigna
re nequimus/niſi foꝛte aliꝗd pꝛo lo⸗
co ⁊ tempoꝛe de pꝛincipio. Quāuis
enim nō ſit liberum aſſignare ſequē
tia. Quid ſibi tamen velit qđ ait. In
pꝛincipio creauit deus celū ⁊ terraꝫ:
iam nūc plene ſentimus alijs tñ ad⸗
iuti myſterijs:que tertiū efflagitant
intellectū. Deniqꝫ vt aliꝗñ denotať
differētia inter rē obſcurioꝛē ⁊ clario Ge.16.
rem in typo agar ⁊ ſare qđ ad pꝛimū 21.
ꝑtinet intellectuꝫ: aliꝗñ in typo ſare Ge.24
⁊ rebecce:quod pertinet ad 2m. Ita Ge.29
quod ad tertium ꝑtinet in typo ra⸗ 30.
chelis ⁊ lie/quarū alterā terrenam
⁊ coꝛpoꝛeam vitaꝫ: alteram ſpiritua
lem ⁊ celeſtem vitam deſignat. Ita
enim donante deo creauit ſtudiū re⸗
ligionis in oꝛdinibus electoꝛum: vt
id quod in pꝛimo ſtatu viſum fuit li⸗
berum ⁊ celeſte/in ſecundo ſtatu vel
oꝛdine/inueniretur humile ⁊ terre⸗
num: ⁊ quod clarum in ſecundo: in
tertio parumper obſcuruꝫ. Quia vō
dictum eſt de pꝛimo itellectu:ꝗ vꝫ ꝑ⸗



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

tinuiſſe ad agar ⁊ ſara: ⁊ de 2° qui vi-
ſus eſt ptinuiſſe ad ſarā ⁊ rebeccā.
nūc de 3° intellectu qui ptinet ad liā
⁊ Rachelē paꝝ id quod poſſum⁹ ve
ſtigare curemus. Ut q̄tum in nobis
eſt non remaneat quicq̄ de carnali
pme ad intellectu. Sed vorātes ex eo totum
corin. 5 illud q̄d poſſum⁹ epulemur/i azimis
ſinceritatis ⁊ veritatis. Cap. 21m.

De 3° i- IN principio inq̄t creauit deus
tellectu celū ⁊ terrā. Principiū p̄: prin
Gen. 1. cipiū filiꝰ: p̄cipiū ſpūs. ſ. Pro
Uide i pter patrem qui eſt principium
prin° 2i intellectus primus īcepit ab Abraā.
ſenté. ⁊ Propter filiū qui eſt principiū ſcd̄s
ſco. ibi. intellectus incepit a Joāne baptiſta
Gen. 12 ⁊ a natiuitate ipſius filij ſm carnem.
Lu. 1. 2. Propter ſpiritū. ſ. qui eſt principiū
tertius intellectus incipit a tēporib⁹
Uid. ſ. iſtis. Jn primo ſtatu auctoriçatus eſt
li. 2° tra. a deo pie ordo coniugatoꝝ. Jn ſcd̄o
p. c. 5. glificatus eſt a filio ordo clericoꝝ.
Jn 3° glificabiť a ſpū. ſ. ordo mōacho
rum. Jn primo ſane ordine veneran
da eſt imago p̄ris. in 2° filij. i 3° ſpūs. ſ.
Quia vo in ſingulis ſtatib⁹/pars iſe
rior aialis eſt ⁊ terrena: ſupior/ſpūa
lis ⁊ celeſtis. Ubiq̄ pars inferior di-
cenda eſt terra/pars ſupior celū. Et
tū vtraq̄ in quo fidelis ⁊ amās deū
qui alios coronat pro iuſtitia: alios
ſaluos facit per miſericordiā ſuā. Si
cut aūt in exordio primi ſtatus/dicta
eſt terra/pars filioꝝ Adam/qui dice
banť filij hoīuꝫ: celū pars eoꝝ qui di
cebantur filij dei/prius. ſ. q̄ populus
iſrael oriref ⁊ diſtingueref p tēpora
in gn̄ationibus ſuis. Et ſicut in exor
dio ſcd̄i ſtatus dicta eſt terra ſynago
ga carnalis terrenis ſemp inhians ⁊
terrena cōſectans. Celū illa pars po
puli que celeſtia ſapiebat/priuſq̄ po
pulus chriſtian⁹ oriref ⁊ diſtinguere
tur per tpa in generationib⁹ ſuis/ita
in exordio tertij dicēda eſt terra illa
pars ecclie que ſapit terrena/celum
vo pars illa que ſectaf celeſtia: ⁊ hoc
ipſum ſub hoc tpe ſcd̄i ſtatus poſtq̄
populus ille ſpūalis qui futurus eſt i
tertio ſtatu/diſtinguaf per tpa in ge-
nerationibus ſuis. Q̄d ergo dicit
ſcriptura in principio creauit de⁹ ce-
lum ⁊ terrā/ita eſt ab ope ſex dierum
vniformiter diſtinguēdū vt in p̄io i-
tellectu aſſignenť myſteria celi ⁊ ter-
re ab Adā vſq̄ ad Abraā: myſteria ſe
ptē dieꝝ ab Abraā vſq̄ ad Joānem
mur faciamus magis intuitu eterne
patrie ꝗꝫ vite tépoꝛalis dátes alimo-

Universidad de Deusto Biblioteca

niam coꝛpoꝛibus tanq̃ȝ operaturi in
agro domini non quaſi regnaturi in
mundo: ꝛ non ita ſcimus ſolliciti de
eſca ꝛ coꝛpoꝛe moꝛituro vt pꝛepona
mus cibū coꝛpoꝛis cibo anime/ ꝛ re-
mat. 6. gnum huius ſeculi regno dei. Queri
Lu. 12. te inqt pꝛimū regnū dei ꝛ iuſtitiā eiꝰ
ꝛ hec omnia adijcient vobis. Simili
ter ꝛ illud qđ ait Paulus iuſtificari
hoiem per fidem ſine opibus: non iō
eſſe dictū vt nō imitemur eū ipſum q
ꝑ ad co dixit hoc plus oibus laboꝛaui/ ſed vt
rin. 15. nō pꝛeſumamus de operibus ſed de
gratia dei/ que multos ꝛ frequenter
etiā ſine opere ſaluat. Sed explanata
ſunt verba que erant ꝓpoſita ꝛ aqua
romanis admixta ꝯglutinata in vnū
ſi non ſunt excocta ꝛ facta foꝛtia ſed
adhuc quaſi iſirma. quare? qꝛ ſapien
ꝑ ad co tiā inqt loqmur iter perfectos. Qui
rin. 2. credit qđ dixiſtis viuit: qui nō credit
3ii re. 17 moꝛit: qꝛ fides vita eſt. Colligat ergo
mulier duo ligna vt faciat panē ſibi
ꝛ filio ſuo vt manducet ꝛ moꝛiatur.
Quare? num qꝛ māducāt? minime:
ſed qꝛ paꝝerat qđ habebat. Quādiu
enim ſpes erat habendi viuebāt: vbi
aūt deficeret qđ manducarent/ quid
ſupeſſe poterat niſi vt moꝛerent. At
nō ita accidit vt putabāt: qꝛ fides ꝑ-
ualuit. Colligat ergo duo ligna: Lia
ꝛ Rachel duo ligna: Helias ꝛ Joan
nes baptiſta duo ligna: Heliſabeth ꝛ
Maria duo ligna: Petrus ꝛ Joan-
nes duo ligna: Martha ꝛ maria de
dicamus de duobus vltimis. Jūgūt
duo iſta ligna ad ignem ꝛ vertuntur
in cinerem. Cum applicamus illa ſpi
ritui ſancto/ vt oſtēdat ipſe potēti q̄-
dam virtute rationis qꝛ verba myſti
ca quātū ad litterā cinis ſunt teſte au
ctoꝛitate q̄ dicit: littera occidit ſpiri-
2ª ad co tus viuificat. Quis enim cinerē mā-
rin. 3. ducaret ꝛ viueret. Aliud enim requi-
rit. Affer panē illum crudum quē ſu-
pꝛa foꝛmauimus ꝛ ſupponamus ci-
neribꝰ iſtis vt tener ꝛ crudus panis
vtilis fiat ad māducandum. Sed qd
mihi cōfert ſi ibi latis ꝛ non apertis
cineribus ꝓcedat foꝛas: hoc ergo to
tū fieri neceſſe eſt. Supponimus illū
cineri cum ſubijcimus eū verbo my-
ſtico oſtēdentes pꝛio hyſtoꝛiaȝ/ nihil
adhuc de verbo abſcondito oſtendē
tes/ ſed tm̄ hyſtoꝛiā enarrātes. Edu
cimus autē de medio cineris cū ver-
bum myſticū aperimus/ ꝛ ſpiritalem
intellectū qui ibi latitabat oſtēdimꝰ.
verbi gratia. Mōachus venit ad me
ꝛ querit vtrū debeat operari manibꝰ
nec ne. Cui reſpōdeo. Etiam. Cumq̄ȝ
video titubātē de verbis domini ſu
pꝛaſcriptis/ ꝛ nō ei verbis ſimplicio
ribꝰ ſatiſfacere poſſum/ duplico quo
dāmodo verbum quaſi ſi cōiungere
mus duo ligna/ vt veluti duobus te-
ſtibus vel etiā pluribꝰ conuincatur ꝛ
ſileat. Martha ꝛ maria due ſoꝛoꝛes
fuerūt ambe dilecte a domino: ambe
laudabiles. Si nō credit/ ꝑſto eſt au-
ctoꝛitas que dicit: diligebat āt ieſus
Marthā ꝛ Mariam. Quod ſi op- Joā. 11
ponit dicens Mariā optimā partē Lu. 10.
elegit. Videāt ꝙ non dicit optimam
niſi pꝛecedat cōparatio bone. Ergo
pars Marthe bōa: Marie optima.
ſi autē vis Marie partē/ vide vt ar-
deas tāto amoꝛe in Chꝛiſto/ quanto
ardebat ꝛ illa: alioqn bonum eſt ma-
gis vt te ſeruuȝ exhibeas/ quatenus
ſuppleat humilitas qđ non expleuit
amoꝛ. Nā ergo dicat: quid due iſte
ſoꝛoꝛes ſignificent. Significatur in ꝑ ad co
Martha eccleſia laicoꝝ: i maria cle rin. 6.
ricoꝝ. Significatur in Martha tur-
ba cōuerſoꝝ: in Maria congregatio
mōachoꝝ/ ſignificat in Martha ca-
ro que eſt templū ſpiritus ſancti: in
Maria anima cui datū eſt itelligere
verba dei. Significat in Martha vi
ta actiua: in Maria vita cōtēplatiua.
Que cū vtraq̄ȝ ex deo ſit/ nec patitur
creatoꝛ



creatoꝛ bonus aliqd in domo ſua eē
ocioſum: nō imponit alicui niſi quod
ferre pōt. Qua rōne cogis ad vnum
qđ deꝰ creauit diuerſum? aia meditat
ꝛ bene facit. Quid faciet caro bꝛuta:
que quāto ocioſioꝛ eſt tāto magis cō
cupiſcit aduerſum ſpiritū. Clerici le-
gūt ꝛ mōachi ꝛ bñ faciūt: h̄ eni faciūt
qđ faciebat maria. Quid faciēt laici
ꝛ cōuerſi litteras ignoꝛātes. Videāt
ergo ꝓpter ſe dixiſſe apl̄m qui nō la-
ſcđe ad boꝛant nō māducent. Magis autē
theſ. 3. opat qđ bonū eſt vt habeat vnde tri
ad ephe buat neceſſitatē patiēti. Illud āt qđ
ſi. 4. ait dñs. Reſpicite volatilia celi: qꝛ
mat. 6. nō ſerunt neq̄ȝ metunt neq̄ȝ ꝯgregāt
Lu. 12. in hoꝛrea: arbitret eſſe dictū illis hoi
bus qbus data eſt ꝑꝛogatiua gratia-
rū ne per curā ꝑiture rei que reſerua
tur iſirmioꝛibus mēbꝛis a maioꝛi ꝑ-
fectione relinquant inanes. Et ipſi
ꝛ multi alij qui per eos ꝑficere poſ-
mat. 6. ſent. Vel certe pꝛius querant regnū
Luc. 12 dei ꝛ iuſtitiā eius/ ꝛ poſtea operētur
ſimpliciter qđ bonū eſt magis de do
no dei q̄ȝ de ſuo ſtudio pꝛeſumentes.
Alias aūt taȝ duo diuerſa ſunt i vno
hoie neceſſaria ſimul q̄ȝ diuerſum eſt
inter carnē ꝛ aiam. illa enim pōt agē
ꝛ nō meditari: iſta meditari ꝛ nō opa
ri: dū ergo licet ꝛ libet meditari ꝛ le-
gere bñ: ſi aūt qꝛ hō es/ lectio i tediū
verſa eſt: nōne melius eſt tibi hoꝛa il
la occupari laboꝛe/ q̄ȝ ſagittis demo-
nū ſtimulari? Quippe ꝛ ſi inutile foꝛ-
te opus: ſed nō inutilis mētis cuſto-
dia: ꝛ ſi nil lucrat cuſtos nō tm̄ minꝰ
vtilis q̄ȝ is qui lucratur: qꝛ ille ſtudet
vt fiat ditioꝛ: iſte ne ꝯtingat fieri pau
perioꝛ: diſpares ergo in virtute: ſed
in vtilitate nō diſpares. Reſtat ergo
vt ſicut ipoſſibile eſt Martham con
uerti i Mariā. Jta ipoſſibile ē eccle-
ſiā laicoꝝ vniuerſalr ꝯuerti in eccliaȝ
clericoꝝ: ꝛ carnē in aiaȝ. cōmēdemꝰ
qdeȝ ꝛ ꝑferamꝰ ꝑtē Marie ne qñ ne
gligat cū haberi non pōt/ etiā ab his
qui eam hꝛe poſſunt: ſed nihilominꝰ
partē Marthe cōmendemus ꝛ ſer-
uemus ꝛ pꝛecipue in eis qui neque-
unt legere aut meditari: qꝛ nimis eſt
ſtultus qui fodit aurum: ſed pꝛo ar-
gēto eiuſdem pōderis deſerit auruȝ.
Et multo magis ſtultus eſt qui argē
tum fodere pōt/ ꝛ negligit ȝelo auri
qđ vbi fodiatur ignoꝛat. ¶ Ecce do-
nante deo habemꝰ quod queſiuimꝰ
ꝛ nō fruſtra dixiſſe pꝛophetā vade ꝛ
fac ſicut dixiſti/ verumtamē mihi pꝛi 3ii re. 17
mū fac de ipſa farinula ſubcinericiū
panem paruulum. Paruulus panis
iſte eſt qui de vita actiua ꝛ cōtēplati-
ua a patribꝰ digeſtus eſt/ qui ꝓpꝛius
eſt eoꝛum qui deo ſeruire cupiunt in
deſerto vt ſcirent quid illis eſſet agē
dum ſm̄ coꝛpus ꝛ animā ꝛ non eēnt
ocioſi in domo domini. Sed quid ꝑ
oleum qui tanti liquoꝛ pꝛecij eſt ꝛ tā-
te virtutis vt etiā in vno aque ſeu vi
ni vaſe ponat ſuꝑnatet: niſi illa itelli
gētia quā antiq anagogē vocauerūt
qđ ſonat ſuꝑiꝰ itellectus ſiue etiā cō-
tēplatio. Et que eſt illa? illa que ſuꝑiꝰ
tēdit. Eſt eni ꝛ aliud myſteriū Mar
the ꝛ alia contemplatio Marie. Jn Luc. 10
hac quidem intelligētia que inferius
iacet/ in Martha intelleximus eccle
ſiā laicoꝝ que opat cibū coꝛpoꝛis ꝑi
turi. Jn maria eccliaȝ clericoꝝ q̄ ſtat
ꝛ audit vbū dei ex oꝛe ꝑlati ſui: in il-
la vo que ſuꝑius tēdit: i Martha qc
quid ꝑtinet ad ꝑſentē vitā: in Ma-
ria qcqd ꝑtinet ad futurā. Cōpemꝰ
iam nūc ſi placet panē fermētatum ꝛ
aȝimū/ ꝛ ſciemus nō fruſtra ſibi gre-
cos fermētū latinos panem aȝimum
in ſacrificio elegiſſe. Non fruſtra illo
rū doctoꝛes permiſiſſe cōiugia mini-
ſtris altaris/ noſtros inhibuiſſe. Ut
ſciremus ſuo tēpoꝛe nos latini quid
illi ꝑdiderint ſequēdo carnem/ ꝛ qc-
quid nobis datū eſt a deo/ vt ſpꝛeta

Universidad de Deusto Biblioteca

lege carnis viuificantẽ ſpm̃ ſequere
mur. Illi quippe obtulerũt fermẽtũ:
qꝛ frequẽter in doctria errauerũt ſicͭ
Oꝛigenes: ⁊ alij multi. latini ṽo açi
mũ: ⁊ quaſi ſubcineritiũ panẽ: qꝛ ip
ſoꝛum doctrina de myſterijs ſincera
pꝛoceſſit. Cap. 72ᵐ.

DEniqꝫ ⁊ inſtrumenta ipſa
ferrea in qͣbus latini exco
quũt hoſtias: hoc ipſum qꝺ
⁊ cineres miro modo deſi
gnat. Subtilis eſt enim hoſtia nr̃a: ⁊
in ea nomẽ Chriſti: qui ⁊ veritas eſt.
Inſtrumentũ ṽo ferreũ ſpiſſum eſt ſi
gnatũ ⁊ duplex. duo eni ſunt in vnũ
colligata. haud dubiũ ꝙ in typo duo
rũ teſtamẽtoꝝ querimus quid ibi la
teat inuenimus inter duo panẽ in q̃
ſcriptũ ẽ nomẽ veritatis. Cernis ne
latine quõ tecũ ſit dñs? Si tñ tu non
deſeris eum? Quid eſt enim iter duo
illa latera inſtrumẽti ferrei figurata i
modũ bulle panem inuenire: ⁊ in eo
ſcriptũ nomẽveritatis: niſi inter duo
teſtamẽta iueniendá eſſe veritatem.
Quõ aũt iſtud niſi i ſexta hebdoma
da quadrageſime: hoc eſt in ſexto tẽ
poꝛe huius $2^{i}$ ſtatus: qñ opoꝛtet iue
niri Chriſtũ in ſpũ: ibi ſextus dies in
quo inueniẽ Chriſtus inter moyſen
⁊ Heliá. Ibi facies Chriſti ſplendet
vt ſol: ibi veritas fulget vt meridies
⁊ qui vult recipe ꝓpe eſt: imo ⁊ ſi ad
huc in enigmate iam nũc nuntiatũ ẽ
tp̃s illud. Qui nõ credit nec ṽbo ne
qꝫ multis erũpẽtibus ſignis nõ igre
Nume ri. 14. diẽ in terrá fluentẽ lac ⁊ mel: ſed ꝓ
ſtrabiẽ cũ ceteris in deſerto. Ecce ex
Apo. 1. poſitũ habeẽ in tertia pte libꝛi apoca
lypſis in loco illo vbi dĩ: ⁊ facies eiꝰ
hoc eſt Chriſti: ſicut ſol lucet in vir
tute ſua. ¶ Sed de grecoꝝ carnalita
ꝑme ad te ⁊ latinoꝝ ſpũalitatevideamꝰ. Gre
timo. 3. cus legit apſum dicentẽ: vnius vxo
Ge. 16. riſvirũ ⁊ adheſit carni. latinus intel
21. lexit duas vxoꝛes eſſe cõiugẽ ⁊ eccle

ſiá tanqꝫ agar ⁊ ſará: abiecitqꝫ ancil
lá ⁊ tenuit liberam: eo ꝙ non capiat ad gal.
vtráqꝫ vna domus. Et noluit ſara vl 4.
lo mõ manere cũ agar. Sed eijce in Gen. 21
quit ancillá ⁊ filiũ eius. Sicqꝫ factũ
eſt: vt illi eligant ſibi carnẽ/iſti ſpm̃.
Quia illi vitá hoiuni: iſti quandam
ſpẽm vite angeloꝝ. Et idcirco coꝛui
carnes: mulier nõ carnes ſꝫ vice car
nium obtulit oleũ qꝺ ꝓtulit de lechy $3^{i}$re.17
tho. Sicqꝫ ãnuẽte dño factũ ẽ: vt nõ
deficeret farina pua de hydria litteẽ:
⁊ pax illud oleũ de lechytho noui te
ſtamẽti quouſqꝫ mittat dñs pluuiam
ſup terrá quo ille ſp̃s deſcẽdat ad ir
rigandá ſupficiẽ terre: q olim loq̃baẽ
in ꝓphetis. Et ob culpá iudeoꝝ nõ
pluit ſup terraꝫ quouſqꝫ cõpleaẽ tp̃s
qꝺ deſignant tres anni ⁊ mẽſes ſex:
pauca ṽo fuit farinula ⁊ pax oleum
qñ benedictio dñi data eſt. Quia tũc
data fuit bñdictio qñ latinoꝝ docto
res exponere ſcripturas incipiebát.
¶ Quod aũt moꝛtuus eſt filius mu $3^{i}$ re. 17
lieris: ⁊ excitatus eſt ab Helia: illud
manifeſte deſignat qꝺ in libꝛis dialo
goꝝ ſanctus Papa Grego. intima
re curauit. Deniqꝫ vt ipſe refert ita in
ualuerat ſeua peſtis arriane pfidie vt
iam ꝓpe moꝛtuus eſſet a fide popu
lus chriſtianus niſi illoꝝ imanitati ⁊
ſeuitie oꝛátibus viris religioſis diui
na miracula reſtitiſſent. Sed oꝛanti
bus eis in quibus erat ſpũs helie ⁊
egrotatio illa peſſima mitigata eſt ⁊
populus qui deſperatus erat a veri
tate reſtitutus ẽ pꝛiſtine ſanitati. Et
nota ꝙ non ait aperte: factum eſt vt $3^{i}$ re. 17
moꝛereẽ filius mulieris. Sed factuꝫ
eſt poſt verba hec egrotauit filiꝰ mu
lieris matris familias: ⁊ erat láguoꝛ
foꝛtis nimis: ita vt non remaneret i
eo halitus. Quis eni láguoꝛ foꝛtioꝛ
arriana pfidia: que halitũ fidei a tan
ta hoiuꝫ multitudine pualẽdo exclu
ſit. At helias non ſemel neqꝫ bis ſup
pueꝝ



puerũ merſus eſt: ſed tribus vicibus
que viri illi ſancti q habebát ſpm̃ he
lie ⁊ miraculis que faciebát i fide tri
nitatis teſtari poterát: qui dicebát in
modũ galline expádentis alas: ⁊ in
cũbentis ſe ſup oua ſua/aut ſup pul
los oſtẽderũt affectũ miſericoꝛdie ⁊
exemplũ iuſtitie ⁊ ſanctitatis. Qua
tenus viſis miraculis ⁊ vita eoꝝ re
ſumeret populus caloꝛẽ fidei/dicẽs
in coꝛde ſuo: ſi non eſſent viri iſti ex
deo nõ poſſent facere quicqꝫ. Itaqꝫ
oꝛátibus ſanctis ⁊ exhibẽtibus ſeip
ſos exẽplũ reddita eſtvita fidei pplo
iam pmoꝛtuo ⁊ deſperato: ⁊ eis ea
dẽ cõualeſcẽtia effectus ſanus viuit
$3^{i}$ re.17 vſqꝫ ad pſens. Et bene ait mulier ad
heliá. Nunc in iſto cognoui: qm̃ vir
dei es tu: ⁊ verbũ dei in oꝛe tuo veꝝ
eſt: bene inquá qꝫtũ ad myſteriũ: qꝫ
tum ṽo ad hyſtoꝛiam abſurdum vĩ.
Quid eni abſurdius qꝫ viſo miracu
lo panis ⁊ olei cum oi domo ſua ha
bebaẽ nõ intelligeret viꝝ dei niſi qñ
ſuſcitatus ẽ filius. Et hoc ꝑ ecclia q̃
nõ intelligens miraculũ doctrine ẽt
viris ſanctis viſis miraculis qͣbus ⁊
excitatus ẽ filius eius a ſomno moꝛ
tis: populus. ſ. chriſtianus intellexit
in eis factũ ẽt eſſe ſpm̃: ⁊ ꝙ dñs per
eos viſitauerit plebẽ ſuá. Facta ſunt
hec tpe ecclie quarto/vꝫ in tpe ⁊ cir
ca tp̃s ſancti bñdicti: in quo qꝫ ma
gna fuerit multitudo arrianoꝝ tũc i
italia facientiũ ſigna teſtaẽ ſanctꝰ pa
pa Gregoꝛius in libꝛis dialogoꝛuꝫ.
Qui ⁊ ipſe eoꝛuꝫ pene contempoꝛa
neus fuit. Cap. 73ᵐ.

$3^{ii}$ re.18 POſt dies aũt multos ṽbũ dñi
factũ eſt ad heliá in anno ter
tio dicens. vade ⁊ oſtende te
achab. Nota diligẽter ꝙ mul
tis diebus ſilent geſta helie: ⁊ rurſuꝫ
incipiũt in anno tertio. Quid hoc ſi
gnificat a tpe ſancti Benedicti ſub
quo (vt iá dixi) ſuſcitatus eſt puer ſꝫ

quo chriſtianus populus confirma
tus eſt in catholicá fidẽ: diſparuit in
oꝛbe pfectio illa hẽmitice vite icipiẽ
tibꝰ monachis hñe villas ⁊ villanos
⁊ de gloꝛia monachoꝝ nihil haben
tibꝰ niſi nomẽ. Ubi aũt tertiꝰ ãnus: $3^{ii}$ re.17
hoc eſt tertiũ tp̃s aduenerat: puto ꝙ
a tempoꝛe quo receſſit a toꝛrente ca
rith. Siquidem a pꝛincipio ſiccita Luc. 4.
tis tres anni fuerunt ſm̃ euangeliuꝫ
⁊ ſex menſes opoꝛtet fieri iterum re
uelationem helie: hoc eſt illius ſpiri
tus qui ſignificatus eſt in helia: ⁊
reuertetur iterum in terram iſrael.
Queris myſterium? tres anni ⁊ ſex
menſes qui faciunt menſes quadra
gintaduo ſignificát q̃dragintaduas
gñones ecclie ſꝫ ꝙ ſcribit ẽt matthe mat. 1.
us colligẽs ſub eodẽ nũero gñones
ꝑoꝛis teſti. Incipiẽs ab abꝛaam cui
facta eſt a dño repꝛomiſſio: vt i ſemi
ne illius benedicereẽ oẽs fines ter Ge. 22.
re. Ut enim cõpletis ibi quadragita
duobus gñonibus natus eſt Chri
ſtus: ita cõpletis hic eiuſdeꝫ numeri
gñonibus apparebit veritas manife
ſta ꝓcedens de ventre littere ⁊ ꝺ do
mo noui teſtamẽti: in qua latuit ſm̃
aliqͩ vſqꝫ in pſentẽ diẽ: lꝫ enim mul
ta viderint ſancti ꝑ ſpeculũ in enig
mate nõ ſunt auſi pſumere aliqͩ ꝯ il ꝑme ad
lá pauli ſniaꝫ dicẽtis. Cũ aũt venerit cori. 13.
qꝺ pfectũ eſt euacuabiẽ qꝺ ex pte ẽ.
Sed ſi hꝫ illi q tá magni fuerũt: quid
nos infimi ⁊ abiecti. veꝝ ⁊ ſi ipares
meritis: qs tñ neſciat viciniores nos
eſſe illi tpi qꝺ deſignatũ eſt in liͦ re
uelationis helie. Igitur ⁊ ſi audacẽ mala vl
non tñ inſipienter dico: hoc eteni di timo. c.
co quod veraciter ſentio: ꝓpe eſt tẽ
pus vt helias reueletur achab ⁊ po $3^{ii}$ re.18
pulo iſrael: non modo ſm̃ litterá: ſed
⁊ ſm̃ ſpiritum: vt cõuertat coꝛda pa
trum ad filios: ⁊ incredulos ad pꝛu mala vl
dentiá iuſtoꝝ: ſiue ẽt etenim ipſe ꝑ ſe timo. c.
ipſum loquaẽ iudeis ſiue alij quoqꝫ

Universidad de Deusto Biblioteca



non pauci repleti ſpiritu ⁊ virtute he
lie. vnus eſt tñ dei ſpũs quẽ deſignat
helias. Qui cũ ſit ſpũs veritatis do
Joã.16 cebit fideles oẽm veritatẽ. Quez vꝫ
ſpiritũ ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ praua intẽtione
queſiuit achab priceps.ſ.iudeoꝝ di
cens illũ eſſe eum qui cõturbat terre
nos animos iſrael. Sed ad ꝯflictum
3ii re.18 incipiamus. Adſunt iubente achab
ſacerdotes baal ⁊ ſacerdotes lucoꝝ
adeſt pariter ⁊ helias. Accipiunt illi
bouẽ vnuz. Accepit alterũ ⁊ helias.
ꝓponit helias verbuz ſacerdotibus
baal dicens illis haberi in deum qui
exaudiret ꝑ ignem: ⁊ datus eſt aſſen
ſus ab iſrael. Et primo quidẽ innuẽ
te helia elegerunt ſibi bouẽ vnum ſa
cerdotes baal: qui ⁊ impoſuerunt illũ
ſuꝑ altare quod fecerat iuxta ritum
ſuum. Clamãtes a mane vſqꝫ ad me
3ii re.18 ridiem baal exaudi nos: incidẽtes ſe
cultris ⁊ lanceolis: ⁊ tranſilientes al
tare. ¶ Notãdũ vo in myſterijs ſcri
pturaꝝ ꝙ qñ circa finem hyſtorie oc
currit aliqd qꝺ ad totum tp̃s eccleſie
referendũ ſit ita locus ip̃e tenendus
eſt iuxta fidez hyſtorie i ordine ſuo:
vt tñ itellectu myſtico recapitulatio
fiat. Et hoc frequentiſſimum in ſcri
pturis. Sacerdotes itaqꝫ baal ipſi ſt
ſacerdotes iudeorũ: cultores.ſ.illius
idoli ſui: quem venturũ eſſe ꝯtẽdũt.
Neqꝫ eniꝫ credunt Chriſtũ eſſe filiũ
dei: ſed tñ filium Dauid virũ vꝫ bel
licoſum ⁊ dñatorem terre. Porro ſa
cerdotes lucorũ hij ſunt q venerant
quoſdã pſeudo ꝓphetas: quos dicũt
eſſe magni meriti ⁊ magne potentie
apud deũ: legentes ſcripturas eoruꝫ
apocryphas plenas vaniſſimis ⁊ fal
ſis ꝓmiſſis. Mactant aũt bouẽ vnũ
ſacerdotes baal: alteruꝫ helias: ad h̃
ſ. vt ille deus haberet in deũ veruꝫ q
exaudiret ꝑ igneꝫ. Quia qꝺ ſepe ac
cidiſſe didicimus: ⁊ in futuruꝫ poſſe
accidere nõ eſt dubium. Perpendẽ
tes ſacerdotes iudeoruꝫ ꝙ doctores
populi chriſtiani exponunt ſpũaliter
id qꝺ legunt: ẽt ipſi conãtur expone
re verba legis maxime vbi ſentiunt
litterã ſuã abſurdũ ſm̃ ſe ꝓmere itel
lectũ. Sed tñ qꝛ illũ intellectũ odiũt
qui verus eſt: querũt ⁊ nõ inueniunt
alterũ qui ſignificet in igne. Qui re
cte quoqꝫ ⁊ altare ſuũ trãſilire ferun 3ii re.18
tur: qꝛ trãſeuntes de verbo in verbũ
nunq̃ꝫ teneri queũt in eadẽ ſñia: ſed
vadunt de mẽdacio in mẽdaciũ pal
liantes confuſionẽ turpitudinis ſue.
Unde ⁊ cultris ⁊ lanceolis ſemetip
ſos incidunt ⁊ ꝑfundunt ſanguinẽ.
Quia ꝯ̃ conſciam ſuã loquẽtes hec
⁊ illa quaſi quibuſdã cultris ⁊ lãceo
lis ꝑcutiunt eandẽ cõſciam ſuam: qꝛ
celare nequeunt veritatẽ reos ſe pro
prij ſanguinis cũctis eſſe demõſtrãt.
Illudit vo illis helias dicẽs eis. Cla
mate voce maiori. deus etenim baal
forſitan loquit: aut in diuerſorio eſt
aut in itinere: aut certe dormit vt ex
citet. Quia ſic ſtulti facti ſunt ſacer
dotes iudeoꝝ vt putent oipotentem
laboraſſe aliqñ ⁊ quieuiſſet vt homo
qñ creauit celũ ⁊ terrã: deambulaſſe
ad auram in paradiſo poſt meridieꝫ Ge.1.3.
⁊ hijs ſimilia. Quod non poſſit audi
re vocem electoꝝ niſi in cõcrepatiõe
labiorum in voce multimoda ⁊ ſubli
mi: deus enim qui talis ẽ nõ eſt deus
fideliuꝫ: ſed infideliũ idolum animi:
⁊ non deus. Quoniã quidẽ idolũ ni 3ii re.18
hil eſt: fecerunt aũt hoc vſqꝫ ad meri
diem. Ego a mane vſqꝫ ad meridieꝫ
exiſtimo ſignificari ſexcentos annos
incarnationis dñice ſeu ꝓpter horas
12. diei: ſeu ꝓpter myſteriũ illi⁹ nume
ri qui ſcriptus eſt in helia / ſub quo ⁊
huius op̃is ſũma vniuerſa ꝯſiſtit. Id
circo aũt a meridie nõ ab hora tertia
ſiue prima illudere cepit eis helias di Iſa.19
cens vt clamarẽt voce maiori. Quia hier. 1
vſqꝫ aliquãtum tp̃is poſt paſſionem 31.
Chriſti



Ece. 13 Chriſti cohortabant ſe adinuicẽ iu
Joã. 4 dei dicentes: veniet meſſias q nobis
Joel.2. annũtiabit oĩa: ⁊ qui nos liberabit
de ſeruitute gentiũ: in cuius diebus
deſcẽdet ſpũs dñi ſuꝑ oẽs ſicut ſcri
ptũ eſt in ꝓphis: ⁊ ita cõfuſionis tp̃s
ꝓmiſſis ſterilibus redimebãt. vbi au
teꝫ tot cẽtena annoꝝ p̃teriri ceꝑunt:
⁊ nec ſpũs apparuit nec meſſias: nõ
imerito illudi eis potuit a fidelibus
Chriſti: de tam caſſa ⁊ iutili expecta
tione meſſie. At illi exiſtimãtes iõ nõ
venire meſſiã qꝛ ipſi negligẽter age
rent in clamãdo ad dñm: ideoqꝫ dif
ferat adeſſe inuocãtibus ſe maxime
cũ hoc ipſum iproperet illis a culto
ribus Chriſti opponẽtib⁹ illis ac di
centibus: ſic non eſt inter vos iuſtus
aliquis qui ſeruet legẽ moyſi ꝓ cui⁹
oratiõe miſereat veſtri deus: ceꝑunt
diſcutere ſemetipſos incitare anima
re affligere ⁊ q̃ſi clamare in toto cor
de ſuo: ⁊ nec ſic exauditi ſunt in ora
tiõib⁹ ſuis. Qñ eni exaudiri poſſent
q illꝺ expectãt dari ſibi q̃ſi nõ fuerit
aliqb⁹ datuꝫ: qꝺ ſe fideles ppl̃i gau
dẽt diuinit⁹ accepiſſe: ſed cũ iã pre ip
ſa mora feſſos ſe eẽ viderit ⁊ ꝯfuſos
p̃ſertiꝫ ꝓpter penuriã gratie celeſtis:
qua tanto ſe iam tꝑe caruiſſe cogno
ſcent: imo qꝛ tp̃s appropinquabit vi
ſitationis eoꝝ / offerent illi qui deſi
gnantur in helia ſacrificiũ veſꝑtinuꝫ
in cõſpectu populi iudeoꝝ: vt ablato
ab oculis eoꝝ velamine credant ali
qñ verum dei filiũ eẽ Jeſum: ⁊ agno
ſcant veritatẽ quã diuturno tꝑe per
tinaciter negauerunt. Que aũt fue
rit forma ſacrificij helie videamus.
3i re.18 Curauit altare dñi qꝺ deſtructũ fue
rat tollens duodecim lapides iuxta
numerũ tribuũ filioꝝ Jacob: ⁊ edifi
cans ex eis altare in noĩe dñi dei ſui
facienſqꝫ aqueductũ quaſi per duas
aratiunculas in circuitu altaris ⁊ cõ
ponens ligna. Quo facto diuiſit ꝑ
mẽbra bouẽ ⁊ poſuit ſuꝑ ligna ⁊ ait 3i re. 17
iplete quatuor hydrias aqua ⁊ fundi
te ſuꝑ holocauſtuꝫ: ⁊ ſuꝑ ligna: ſicqꝫ
factũ eſt vſqꝫ tertio: ⁊ currebat iquit
aqua circa altare: ⁊ foſſa aqueduct⁹
repleta eſt.

## Cap.74m.

Altare dñi p̃mũ qꝺ edifica
tũ fuit a dño de lapidib⁹ vi
uis duodenarius ẽ nume
rus apl̃oꝝ: q elect⁹ ẽ a dño
de ppl̃o iudeoꝝ miſſus ad oues q̃ pe mat. 10
rierũt dom⁹ iſrael. h̃ altare deſtructũ
fuit i ppl̃o iſrael. Quia ꝑſeq̃ntib⁹ iu
deis apl̃os ꝺ ciuitate i ciuitatẽ cõpul
ſi ſt idẽ apl̃i recedẽ ꝺ hieruſalẽ ⁊ trãſ
migrare ad gẽtes: ſicẽ ⁊ qbuſdã eorũ
paul⁹ dicit: vobis qdeꝫ oportuerat p̊ actu. 13
p̃dicari vbũ dei: ſed qꝛ repuliſtis illꝺ
⁊ idignos vos iudicaſtis eterne vite:
ecce ꝯuertimur ad gẽtes. vnde ⁊ ad
gliaꝫ ſpũs.ſ. ꝑtinẽ vĩ, Quaten⁹ ſum
ptis iſdẽ lapidib⁹ de ppl̃o gẽtili cõſti
tuat iterũ altare ad iſtar illi⁹ qꝺ de
ſtructũ ẽ: ⁊ ſuſcitat alios p̃dicatores
ſiles apl̃oꝝ ⁊ patriarchaꝝ q euãgeli
ꝫẽt iudeis vbũ vite vt ⁊ ipſi cog̃ſcãt
veꝝ lumẽ dñm nr̃uꝫ Jeſuꝫ Chr̃m di mat.21.
cẽtes ſimul ⁊ ipſi nobiſcuꝫ. Bñdict⁹
q vẽit i noĩe dñi. edificabit itaqꝫ alta
re de.12. lapidib⁹ ad inſtar p̃oris ſm̃
noĩa.12. tribuũ filioꝝ iſrl̃. ſcꝺarie vo
iuxta illꝺ apocalypſis: pplis ⁊ liguis Apo.7.
⁊ regib⁹ multis. Et erit aũt illꝺ i tꝑe
ant circa tp̃s ꝑſecutõis noue babylo
nis. Qñ ⁊ afflicta nimis eccl̃ia libe
rabit de iugo ſuitutis illi⁹ vt cõpleat
ſmo dñi dicẽtis eidẽ eccl̃ie excocte q̃
ſi argẽtũ ⁊ examiate ꝑ ignẽ reſtituã
iudices tuos ſicẽ fuerũt prius ⁊ conſi Iſa.1.
liarios tuos ſicut antiqtus. vĩ h̃ qqꝫ ioſue.4
ſignificatũ fore i geſtis ioſue vbi iuſ
ſit idẽ ioſue afferri duodeciꝫ lapides
de iordane ⁊ lapides eiuſdẽ nume
ri ꝓ hijs qui ablati fuerant reſtitui i
eodẽ loco. Nimiꝝ ⁊ qꝛ iordanis trã
ſitus ⁊ reparatio huius altaris vnuꝫ

Universidad de De... Biblio...

⁊ idem tempus deſignant/tempus
vtiq; plenitudinis gētium ⁊ cōuerſio
nis iſrael: excepto ꝙ in remotis lapi
dibus illi ſignificant̃ qui trãſeunt ad
patriam de plenitudine gentiū: q aūt
ſtatuunt̃ in flumine hij qui reliquunt̃
in mūdo/ ꝓpter eos qui credituri ſūt
per ꝑdicationē ipſoꝝ. Qḋ aūt cōſtru
cto altari fecit Helias aqueductū q̄ſi
3ii re.18 per duas aratiunculas in circuitu al
taris/⁊ cōpoſitis lignis ⁊ carnib⁹ ma
ctati bouis ꝑcepit ſupfūdi aquã vſq;
ad hydrias 12m. eo ē ſubtilius ꝑſcru
tandū/quo cōſtat ꝙ hec oia ⁊ ſimilia
in figura fiebãt in iſrael: deniq; ligna
crucē: carnes carnalia deſignabãt ꝑ
cepta. que precepta: illa de quoꝝ nu
mero erat illud/de quo dñs ait. Ad
mat. 19 mar. 10 duritiam cordis veſtri dedit vobis
Moyſes ꝑceptum illud. Talia ꝑce
pta ſtatuebant illi de qbus dicit apo
ſtolus. Multi ambulant/qḋ ſepe di
ad phi lip.3. cebã vobis: ſed ⁊ nunc flens dico ini
micos crucis chriſti quoꝝ deus ven
ter eſt: nō qualia ſtatuit idem apoſto
ad gal. vlti.c. lus qui ſubiūxit. Mihi aūt abſit glo
riari/niſi i cruce domini nr̃i ieſu chri
eadem epla. 5. ſti. ⁊ qui dicit in alio loco: hij qui ſunt
chriſti carnē ſuã crucifixerunt cū vi
tijs ⁊ cōcupiſcentijs. Et b n̄ iſta duo
ligna. ſ. ⁊ mactate carnes ꝑtinẽt in al
tari iter terrã ⁊ aquã: q: in vtroq; te
ſtamēto ſeu myſterio ſeu viua voce/
cōmendatur crux/⁊ mactatio carnis
vtiq;: q: verbū crucis pereūtib⁹ qdē
ꝑme ad corin. 1 ſtultitia eſt. Hijs autē qui ſalui fiunt
ideſt nobis virtus dei eſt. Inferi⁹ aūt
iacet terra/ deſuper effundit̃ aqua/⁊
quodãmodo inuiſcerat̃ terre aqua ꝑ
pter aratiūculas que facte ſunt in al
tari: q: ita veteri teſtamēto ſupponit̃
nouum/vt alteꝝ in altero videatur.
Dicēte de hoc ipſo Ezechiele ꝓphe
Eze.1. ta: ⁊ ſimilitudo rotaꝝ ⁊ opera q̄ſi ſit
rota in medio rote. Et bene due ara
tiūcule facte ſunt in altari: q: ſcriptu
ra veteris teſtamenti ſm id qḋ gñale
eſt dico/aut cōtinet ifra ſe hyſtorias
veteꝝ: aut verba illoꝝ viroꝝ qui ꝓ
phetie ſpū futura ꝑdicūt. Quatuor 3ii re. 18
aūt prime lagene aque/q̄tuor ſignifi
cant euãgelia/que vȝ euãgelia quaſi
quatuor flumina paradiſi in 4or mū
di partib⁹ diffuſa ſunt. Quatuor alie Ge.2.
lagene deſignant 4or volumina noui
teſtamēti que cōtinētur in eplis: pria
epiſtolis canonicis: libro actuū apo
ſtoloꝝ ⁊ libro apocalypſis/reliq̄ vo
vltime ſignificant regulas ſanctoꝝ
patrū/que ⁊ ſi nō ſunt tãte auctorita
tis quãte euãgelia ⁊ ſcripta apoſtolo
rū: ſunt tn̄ magne vtilitatis ⁊ gratie.
Eſt aūt haꝝ pª regula beati pacchō Uide in li⁹ ꝑ beatū Hiero. edito de vitis.p. ⁊ cron. archiepi floren.
nij. 2ª ſancti Baſilij. 3ª ſcti Aug. 4ª ſci
bñdicti. Nec mirãdū ſi has regulas
monachi ⁊ heremite vice euangelij
venerant̃/q: ipſis datus eſt ſpeciali⁹
ſpūs Helie vt ſciant que a dño dona
ta ſunt ſibi. Sicut enim Joãnes ba
ptiſta q̄ nemo fuit maior inter natos
mlieꝝ ſignificat ordinē clericoꝝ: ita
Helias ꝓpheta ordinē monachoꝝ. mat.11. Luc.7.
Et bñ vſq; tertio effuſa eſt aqua: q: ⁊
verba euãgelica ſm lr̃am iſtruūt pue
ros: ⁊ actus ſeu verba aploꝝ adole
ſcētes i chriſto: ⁊ regule ſcōꝝ patrū
ſeniores in dño. Quare ſic? q: iſirma
tus eſt chriſtus in nobis vt nos eſſe
mus fortes in ipſo. Cōdeſcendit iſir
mitati nr̃e/vt nos aſcēderem⁹ ad fir
mitatē ſuã. Que eſt ãt firmitas chri
ſti niſi illa vita que inſtituta eſt a ſcis
patribus ⁊ tradita nobis in eiſdē li
bellis. Quos ideo nō oēs fideles eo
mō quo deuoti monachi legunt ⁊ re
uerētur/q: de ſola in eis agit̃ ꝑfectio
ne monachoꝝ/⁊ monachos magis
reſpicit qḋ iubet̃ in eis. Sed qd ē iter
terrã ⁊ aquam manent ſiſr carnes ⁊
ligna: niſi q: ⁊ vet⁹ teſtamētū verba
carnalia ſonat ſm lr̃am ⁊ nouū cru
cē? Ueꝝ hec oia ꝯſūpta ſunt ab igne 3ii re. 18
diuino

diuino: vt ipſe in cōſumptione eoꝝ
magnus ⁊ ꝑpotens efficeret̃. Cū eni
ingt tps eſſet vt offerret̃ holocauſtū.
Accendens Helias ꝓpheta ait: dñe
de⁹ Abraã Iſaac/⁊ Jacob hodie oñ
de q: tu es deus iſrael: ⁊ ego ſeru⁹ tu⁹
iuxta ꝑceptū tuū feci oia hec. Exau
di me ingt dñe exaudi me: vt diſcat
ppl's tuus iſte q: tu es dñe tu cōuerti
ſti corda eoꝝ iteꝝ cum tps adeſſet di
cit vt itelligat̃ illud qḋ apoſtolus dic̃.
Cū plenitudo gētiū introierit. ⁊ qḋ
ait: tu cōuertiſti corda eoꝝ. iterum il
Ad roma.11. lud eſt qḋ ſeqtur in eodē loco. Et tūc
iſrael ois ſaluus erit ſicut ſcriptū eſt.
Iſa. 59 Ueniet ex ſyon qui eripiat ⁊ auertat
3ii re. 18 impietatē a Jacob. Seqtur poſt hec
ꝙ ceciderit ignis dñi ⁊ deuorauerit
holocauſtū ⁊ ligna ⁊ lapides/pulue
rē quoq; ⁊ aquã que erat in aquedu
ctu lãbens. Qḋ cū vidiſſet ois ppl's
cecidit in faciē ſuam ⁊ ait: dñs ipſe ē
deus. Ut autē de hijs que ſollēniter
geſta ſunt in exordio 2i ſtatus accipia
ꝑs. 84. mus exemplū. Et in natiuitate dñi
Joã.20 glorificata: q: veritas de terra orta ē
in baptiſmo vel paſſione vel reſurre
ctiōe dñi ſanctificata eſt aqua. in ſuf
flatione ſanctificatus eſt aer: ⁊ in ad
uētu ſpūs. ſ. clarificatus eſt ignis qui
de celo deſcendit ſpūalē ſignificat in
tellectū. Ipſe eſt enim ignis qui vo
rat ⁊ cōſumit hec oia. quare? q: nihil
eſt ſtabile ſup terram. Tãdiu enī ne
ꝑme ad cor.13. ceſſarium eſt amplecti figuras iſtas/
quãdiu videmus per ſpeculum ⁊ in
enigmate. Et ſcire nō poſſum⁹ ſicut
eſt/illã veritatē quã ſignificant iſta.
Joã.16 Cū autē venerit ſpiritus veritatis ⁊
docebit vos oēm veritatem/qd no
bis vlterius de figuris? ſicut eni eua
cuata eſt obſeruatio agni paſchalis i
obſeruatione corporis chriſti: ita in
clarificatione ſpūs ſci ceſſabit obſua
tio figure/vt nō ſequant̃ vltra hoīes
figuras: ſȝ ipſam ſimpliciſſimã vitatē
que ſigtur in igne dicēte dño. Spūs Joã. 4
eſt de⁹ ⁊ eos qui adorãt eū/i ſpū ⁊ ve
ritate opȝ adorare. Ergo ⁊ lapides ⁊
ligna ⁊ carnes ⁊ pluis ⁊ aq̄ vorabū
tur ab igne. Quia ⁊ ꝙ ſepe 12m ⁊ 12m
viri electi ſunt ad aliqḋ opus in vete Joſu.3. 4.ca. ⁊
ri teſtamēto/⁊ ꝙ oues ⁊ boues ⁊ hirci
offerebant̃ i ſacrificio occulti erat cã 3ii re.4.
myſterij reuelãdi in tpib⁹ ſuis. Et ꝙ ⁊ nūe.7
chriſt⁹ ⁊ duo latrones/ſiue ēt duo di leui. 1.2
ſcipuli ſuſpēſi ſunt in crucib⁹ ſuis ali 3.4.5.⁊
qḋ aliud deſignabant: ⁊ oino puluis ide mat
⁊ aq̄ hoc eſt littera hyſtorica vtriuſq; the. 27.
teſtamēti ad aliqd ſigñdū poti⁹ q̄ȝ vt petr⁹ ⁊
ipſa lr̃a ſciretur ſimpľr ꝓpter res ge Andre.
ſtas edita eſt a ſpū ſcō: hoc eſt vt i eis
preſentaret̃ nobis ſpūalis itellect⁹ q
eſt ignis diuinus/per quē ſpūalis hō ꝑme ad cori.2.
indicat oia ⁊ ipe a nemine iudicatur.
Naȝ neq; vſus panis ⁊ carnis: neq;
potus vini ⁊ aque / neq; vnctio olei
eterna eſt/eſt ãt eternū id qḋ deſigna
tur in ipſis. Si aūt ⁊ ipſe res ⁊ vſus
eaꝝ trãſitoria ſunt. Id ãt qḋ deſigna
tur in eis/ſine fine mãſurū. Merito
vniuerſa illa deuorãt̃ ab igne: ipe ãt
ignis ſtatut⁹ ſolus in die illo viuit in
electorum cordibus ⁊ manet in eter
nū. Et q̄uis multa ſint viſibilia/que
ſȝ ꝙ traditū eſt nobis in lr̃a vtriuſq;
teſtamēti mãſura ſint in eternū/non
tn̄ in eo ſtatu in quo ſunt/mãſura ſūt
in eternū: ſed in eo potius que futu
ra ſunt. Sigdē iter cetera que nobis
ſm lr̃am mãſura in eternum exhibet
catholica fides/illud eſt ꝑcipue vene
rãdū qḋ credimus de carne chriſti ēt
ſicut aſſumpta eſt in vnitate ꝑſone vt
maneat in eternū: ⁊ tñ cū diceret di
ſcipulis ſuis: qui nō mãducat carnē Joã. 6.
meã ⁊ biberit ſãguinē meū/nō hēbit
vitã in ſemetipſo: ⁊ hij q circūſtabant
⁊ audiebãt ⁊ itelligerēt carnalr dcm̄
⁊ ꝑpt̃ hoc aliq abirēt retro/vt oñde
ret carnalē itellectū deuorãdū eſſe a
ſpūali ſubiecit ⁊ ait: ſpūs eſt q viuifi

Universidad de Deusto Biblioteca



carnā caro nō ꝓdeſt qcq̄. Un̄ ⁊ apo
2a ad co rin.3. ſtolus: lr̄a occidit ſpūs aūt viuificat.
Q̄ŏ ſi in ipſa carne chriſti lr̄a deuora
tur a ſpū/ q̄to magis in alijs rebus.
Nō igit̄ res ipas que ſunt ex toto qd̄
abſit dicimus cōſūmandas: ſed dici
mus oportere trāſire ipſas ideſt eoꝝ
imagines/ pro qbꝰ ꝑcipue ſcripte ſūt
ad deſignādū aliqd̄ ſpiritale/ q̄tenus
per ſcripturā viſibiliū reꝝ veluti per
quedā ſpecula ad res inuiſibiles rape
remur. Un̄ ⁊ apl's dicit. id enim qd̄ i
2a ad co rin.4. preſenti eſt momentaneū/ ⁊ leue tri
bulationis nr̄e ſupra modū in ſubtili
tate eterne glie pōdus opat̄ in nobis
cōtēplātibꝰ nobis nō ea que vident̄:
ſed que nō vident̄. Que eni vident̄
tēporalia ſūt: que aūt nō vident̄ eter
na ſunt. Ueꝝ hec ꝑpter ignē qui con
3ii re.18 ſumpſit holocauſtū Helie lapides q̄
que ⁊ ligna: ſed ⁊ terrā ⁊ aquā. Cete
rū vbi nouit ad cōflictū cū ſacerdoti
bus iudeoꝝ prio qdē opꝫ dari cōcor
diā duoꝝ teſtamētoꝝ veluti in terra
⁊ aq̄: q̄s vꝫ duas res de rebus coibꝰ
accepit Helias. Nimiꝝ q: cōe eſt ſpi
ritualibus/ poſſe legere lr̄am vtriuſq̄
teſtamēti. Ad extremū autē qd̄ ſolis
ſpūalibꝰ datū eſt/ veluti de archanis
celorum eum qui nō legit̄ in teſtibus
ipſoꝝ libroꝝ ſpiritalem producere in
tellectum. Cap. 75ᵐ.

Futuꝝ eſt aūt: vt per talē ordi
nem doctrine concutiant̄ du
riora lapidibus corda iudeo
rū ⁊ conuertantur iterum ad
deū viuū ⁊ veꝝ occiſis gladio ſpiritꝰ
ſancti vniuerſis pſeudo doctoribꝰ iu
deoꝝ/ vt iam nō viuant ſm̄ carnē: ſꝫ
ſm̄ ſpiritū. Et bene ait populus viſo
3ii re.18 miraculo ignis dn̄s ipſe ē deꝰ. Quia
ſic ⁊ vſq̄ ad preſens credunt iudei fi
liū dominari oportere in mūdo vt tn̄
negent illū eſſe veꝝ deum: hec eſt eni
maxima cā ſcandali q: crucifixuꝫ vt
aiunt hoiem dicimus eſſe deum. Sa
ne in die illo ꝑcepto lumie ſpiritalis
intellectus/ cōfeſſuri ſunt nobiſcū in
dei veritatē dicentes: dn̄s ipſe ē deꝰ.
Quia eſſe veꝝ deum Chriſtū ieſum:
vt lr̄a nobis tradit i fide/ ita clara lu
ce iudeis ſpiritalis aperiet intellectꝰ.
Et q: iam placatꝰ erit dn̄s pplo ſuo
tam diu in ſiccitate relicto. Orantibꝰ
poſt hec ſpiritalibus viris quos deſi
gnat Helias dabit̄ pluuia ſup terraꝫ
quatenus eo feracius deferat fructū
ſuū/ quo diu in ſiccitate relictā exco
ctā igne/ doloris ⁊ tribulationis pur
gatā ſibi eā exhibebit dn̄s a tribulis
⁊ ſpinis ⁊ ſi nec dū vniuerſaliter: ſed
ſꝫ partē. Adhuc eni ſuperit Jeꝫabel 3ii re.19
que vſq̄ ad afflictionē ſpūs anguſta
bit Heliā: ſed de hoc in ſequēti. Nūc
videre oportet quare poſt miraculuꝫ
ignis data eſt ad deprecationē Helie
pluuia ſup terrā. Siqdem ignis cōſu
mit ſpicas pluuia vō fecūdat faciem
tre. Et ꝑfecto neceſſe eſt vt ꝑcedāt i
celo verba flāmātia in gētē apoſtatri
cē: que ⁊ vepres vitioꝝ cōburant/ ⁊
ad amorē celeſtis patrie/ per exhibi
tionē vere fidei corda illuminēt ⁊ ac
cēdant. Eſt eni ille modus doctrine Signantia intellectus ſpūales
qui ſignificatur in igne typicus/ vel
anagogicus. Js qui deſignat̄ in aq̄
hyſtoricus vel moralis. Quāuis oēs
aliqn̄ ſpiritales itellectꝰ abſolute de
ſignent̄ in igne. Aliqn̄ hyſtoricus q:
vicinꝰ eſt lr̄e deſignet̄ in terra. Mo
ralis q: altior illo eſt deſignet̄ in aq̄.
Typicus in aere: Cōtemplatiuus in
igne. Et ſciendū ꝙ illa aqua quā di
ximus ſignificare lr̄am noui teſtamē
ti ō terra ſumpta eſt: hec vō que mo
ralē ſignificat itellectum/ nequaq̄ de
terra ſumpta eſt ſed de celo deſcēdit.
Jpſa eſt eni pluuia volūtaria quā ſe ps. 67.
gregauit deꝰ hereditati tue: doctrina
ſcꝫ moralis ipſa que inebriat terrā ⁊
germinare eā fac/ erutis ꝑus vt iā di Jſa.55.
xi ⁊ cōbuſtis ſētibꝰ vitioꝝ ⁊ eni i illa
doctrina



doctrina que vocat̄ typica/ q: nimis
eſt apta zelus ſepe accēdit̄ ꝯ eos qui
nō credūt ⁊ nō obediūt veritati/ qbꝰ
ꝓponit̄ a viris iuſtis/ vt credentes
purgēt̄ a vitijs ⁊ ſalui fiāt. Jn iſta vō
que appellat̄ moralis māſuetudo ſer
uāda eſt ⁊ ſuauitas: vt modus ipe cō
pūcte locutionis in auditoꝝ cordibꝰ
3ii regū 17.18. gratiā pietatis īfundat. Quāuis q:
recedēte Helia ꝯfecit pluuia i iſrael:
eo vō reuerſo ad eius orōnē reuerſa
eſt gn̄aliter in eadē pluuia multifor
mis illa gr̄a ſpūs itelligi queat que il
Joā. 7. lis tm̄ ſegregata eſt de qbus dicit Jo
annes: qui ſitit vēiat ⁊ bibat ⁊ flumi
na de vētre eius fluent aque viue ⁊c̄.
Sed ecce poſt tā digna opa que oſ
dit helias nō eſt ꝑmiſſus q̄ſcere iter
filios iſrael: ſed multo ampliꝰ creuit
3ii re.19 labor ⁊ afflictio cordis eius: ita vt te
deret euꝫ viuere/ ⁊ peteret aie ſue vt
moreret̄. Quare hoc? Quia Jeꝫabel
minata eſt ei mortē/ dolens ſup necē
ꝓphetaꝝ ſuoꝝ/ in typo haud dubiuꝫ
illius partis que remanebit in ꝑfidia
ppli iſrael munita pſidio antichriſti.
Sed qd ē ꝙ pre timore ⁊ triſtitia: pij
ciens ſe Helias ſubter vnā iuniperū
obdormiuit? niſi q: viri ſancti q̄s ar
ticulus illiꝰ tpis viuētes inuenerit/ cer
nētes ꝙ tā pulchros de inimicis triū
phos adhuc caput malitie ꝑmāebit
incolumis/ tacti dolore cordis intrin
ſecus dormitabunt pre tedio ab opi
mat.24 bus bonis/ ⁊ abūdāte inigtate frige
ſcet charitas multoꝝ. ⁊ etiā qui for
tes eē putabunt̄ in fide ceſſabūt a ꝑ
dicatione/ ⁊ orātione vtutū. Quid
3ii re.19 vō ē: ꝙ angelus 2° excitat heliā ⁊ eū
māducat̄ iubet paratū ſibi nō ab ho
mine: ſed a dn̄o cibū? niſi q: in tāta il
la neceſſitate ſpūs. ſ. ꝯfortabit electoſ
⁊ vt ſe muniant ſalutaribꝰ alimonijs
ipſe qui pōt oīa ſuggerendo inſpirat
quatenus icōparabilē illā tribulatio
nē antichriſti/ cuius faciē aūibit ege
ſtas vtute illiꝰ cibi ſuſtinere ſufficiat.
Erit āt cibꝰ ille collectio ſcripturaꝝ q̄
ſe muniant adinuicē ſci dei: reducētes
ad memoriā q̄ ſcripta ſunt in canoni
cis libris de falſis miraculis ātichꝛi:
⁊ miſericordias ſūmi dei q̄ a ſeculo ſ.
Jnde eſt: ꝙ panis ⁊ aq̄ ablata ſunt
Helie: q: nimiꝝ vbū dei q̄ ſe reficiāt
adinuicē viri ſci/ ⁊ fortitudinē eis tri
buet ꝯ fidei detrimēta: ⁊ refrigeriuꝫ
cōtra tediū ⁊ anxietatis ardorē. Et
bn̄ bis obdormiſſe ⁊ bis ꝯſcribit̄ eui
gilaſſe ad comedēdū helias. ga duo
gn̄a ipioꝝ hoīuꝫ ꝯſpirabūt i vnū. Et
qui forte vni eoꝝ reſiſtē ſe poſſe cōfi
dit ꝯſiderās duoꝝ ipetū a rigore ſuc
cūbat. Ueꝝ q: bonꝰ ē dn̄s oībꝰ iuocā ps.144
tibꝰ ſe/ ꝯ vtrāq̄ ipioꝝ aciē muniet ele
ctos ſuos ne tali recreati viatico defi
ciant in via. Jnde eſt: ꝙ ⁊ ꝑpter ele mat.24
ctos ſuos breuiabit dies illos/ vt nō
eos diuturnitate ānoꝝ deſperare cō
tingat. Et bn̄. 40. dies qbus Helias
manſit in fuga ſignificant tēpus ⁊ te
pora ⁊ dimidiū tēporis qbus regna Dan.12
turus eſt antichriſtus. Mons autēꝫ ⁊ apoca
Oreb in quo terminatū eſt iter fugiē ly.12.
tis Helie ſignificat excellentiam reli 3ii re.19
gionis ad quā ꝑuenient ſerui dei co
gētibꝰ inimicis. Qd̄ vō hijs pactis
Heliſeus filius Saphat ſubſtituit̄ he
lie ⁊ ille ſubleuatur in celū: ꝑtinet ad
extremū articulū plenitudinis gētiū
in quo multitudo iuſtoꝝ ꝑtinētiū ad 4i re.2.
2ᵐ ſtatū ingredietur in regnū dei ſm̄
ꝙ ⁊ dn̄s nr̄ ieſus chriſtus trāſiēs ex
hoc mūdo ad prēm deſignādo mon
ſtrauit: poſt cuiꝰ trāſitū effuſus ē ſpūs Actu.2.
ſcūs ſup diſciplos/ ſicut ān̄ ꝑmiſat idē Joā. 16
Chris ieſus vt i modū colūbaꝝ i tur
bas pploꝝ excreſcētiū emulātiū vitā
cōeꝫ: qd̄ tūc qdē i paucis hoibꝰ cōple
tū ē miniſteriū futuroꝝ: nūc vō i mul
ta millia ꝯſumationē accipiet. Et ſci
endū ꝙ Heliſeus ꝓpheta prio qdē ta 3ii re. 19
ctus eſt pallio Helie manētis i terra.

2° ei ipm̄ palliū cecidit a ſublato i ce
4ⁱ re.2. lo.haud dubiū ꝙ in typo dn̄i ſpūs.ſ.
qꝺ acceperunt apoſtoli. Pꝛimo qdē
velut e terra.2° poſt dn̄icam aſcenſio
nē e celo. Ne quis aūt indumenti fi
gurā ineptā ſpiritui ſancto minꝰ exi-
ſtimet cōgruentē reducendū ē ei ad
memoꝛiā verbuꝫ veritatis dicentis.
luc. vlt. vos aūt ſedete in ciuitate quouſqꝫ in
duamini virtute ex alto. Igit̄ ꝙ heli
ſeus ꝑ pallium helie: ⁊ apl̄i per donū
ſpūs.ſ.operati ſūt ſm̄ opa magiſtro-
rū ſuoꝝ: deſignat opꝰ ſpiritale qꝺ fu
turū eſt circa finē mūdi in oꝛdie reli
gioſoꝝ. Qn̄ ⁊ pvnctionē ſpūs.ſ.occi
detur ⁊ peribit Jeçabel de ppl̄o iſra
3ⁱⁱre.19 el. Itaqꝫ açahel rex ſyrie q interfecit
4ⁱ re.8. multos ex iſrael ſignificat eos q erūt
10.15. pꝛincipes populi in oꝛdine laicoꝛuꝫ:
ihеu Rex iſrael religioſos ep̄os fer-
uentes in officio ꝑdicationis:heliſeꝰ
v̄o ꝑlatos religioſoꝝ. Quevꝫ tria ge
nera feruentiū ſpiritu ꝑlatoꝝ ꝑliatu-
ri ſunt in gladio ſpūs ꝯ reliquias iu
deoꝝ:⁊ cōſumet̄ in eis id qꝺ carna-
le eſt:⁊ regnabit in eis ſpūs deiviui:
vel certe q non fuerint conuerſi de-
ficient ad çelū ⁊ cōminationē iuſtoꝝ
⁊ relinquētur dn̄o reliquie iudeoꝛuꝫ
3ⁱⁱre.19 eoꝛum.ſ.qui nō curuabūt genua an-
te baal:hoc eſt illoꝝ iudeoꝝ qui non
adoꝛabunt antichꝛiſtū. Cap.76ᵐ.

POſt ea que dicta ſūt de geſtis
helie veniendū eſt ad trāſmi-
gratione Babylonis: ⁊ inq-
hier. 29 rendū qd ſibi voluerint illi ſe
Da. 9. ptuaginta anni qbus ꝓtenſa ē capti
uitas iudeoꝝ. De hys vt iā diximus
in 4° li° diuerſi diuerſa ſentiūt ⁊ di-
cūt ꝓpter duos magnos ꝓphetas q
ſcripſerūt de cōſūmatione eoꝝ ānoꝝ
⁊ viſi ſūt ꝯꝛia ꝓtuliſſe. Sigdē daniel
Da. 9. ꝓpha:āno ꝑ dary videt̄ ſentire com
pletos eē ānos.70ᵃ.ita dicēs:i anno
ꝑ dary fily aſſueri de ſemie iudeoꝛuꝫ
q iperauit ſuꝑ regnū chaldeoꝝ āno
vno regni eius. Ego daniel itellexi i
libꝛis numeroꝝ ānoꝝ de q̄ factus ē
ſermo dn̄i ad hieremiā ꝓpham vt cō
plerent̄ deſolatiōis hieruſalē ſeptua
ginta anni.huic vꝫ cōcoꝛdare eſdra
q de hoc ita ſcribit:in āno ꝑ Cyri re- ꝑⁱ eſd.1
gis ꝑſaꝝ:vt cōpleret̄ v̄bū dn̄i ex oꝛe
hieremie ſuſcitauit dn̄s ſpm̄ regis ꝑ-
ſarū:⁊ trāſduxit vocē in vniuerſo re
gno ſuo ēt ꝑ ſcripturas dicēs. hec di
cit Cyrus rex ꝑſaꝝ. Oia regna terre
dedit mihi dn̄s deus celi:⁊ ipſe ꝑce-
pit mihi:vt edificarē ei domū in hie
ruſalē q̄ eſt in iudea. Quis ē i vobis
de vniuerſo populo eius:ſit deꝰ illiꝰ
cū ipſo:⁊ aſcēdat in hieruſalē q̄ eſt i
iudea:⁊ edificet domū dn̄i dei iſrael.
Igit̄ ſm̄ hec verba ⁊ alia q̄ ſequunt̄
de aſcēſu çoꝛobabel ⁊ eoꝝ q aſcēde-
rūt cū illo āno ꝑ cyri regis datā con-
ſtat eſſe libertatē iudeis:quā ꝓmiſe-
rat dari eis hieremias ꝓpha poſt cō-
pletionē 70ᵃ annoꝝ deſolatiōis hie-
ruſalē. Quibꝰ egit terra ſabbata ſua
cunctis.ſ.diebꝰ qbus fuit idē populꝰs
in captiuitate Babylonis. Et hec q
dē ſic. Sed ſi eiuſdē libꝛi v̄ba ſequen
tia vigilāter pēſamus/aliū ſm̄ çacha
riā inuenimus eſſe terminū 70ᵃ āno- ꝑⁱ eſd.3
rū:ſic eni ſcriptū eſt in ſequētibus li-
bꝛis. Jam aduenerat mēſis ſeptimꝰ:
⁊ erāt fily iſrael in ciuitatibꝰ ſuis. Cō
gregatus eſt aūt ois populus q̄ſi vir
vnus in hieruſalē. Et ſurrexit ioſue
filius Joſedech:⁊ fratres eius ſacer
dotes ⁊ Zoꝛobabel filius Salathiel
⁊ fratres eius ⁊ edificauerunt altare
dei iſrael. Deinde 2° anno aduentus
eoꝝ in hieruſalē poſuerūt fundamē-
ta tēpli ⁊ ceꝑunt edificare. Quod cū 1.eſd.4
viderēt inimici eoꝝ iuidia moti ſunt
⁊ accuſauerūt iudeos apud reges ꝑ
ſarū ita vt itermitteret̄ opus vſqꝫ ad
ānū 2ᵐ regni dary regis ꝑſaꝝ. Scꝺo
aūt anno regni dary ceꝑunt iteꝝ edi 1.eſd.6
ficare:⁊ cōpletū eſt opus āno ſexto





regni dary mēſe tertio q vocat̄ adar:
fuit aūt tp̄s qꝺ decurſum eſt a pꝛimo
anno cyri vſqꝫ ad dariū ferme.xl. an
noꝝ.vnde ⁊ dicēte dn̄o inimicis iu-
deis ſoluite tēplū hoc:⁊ in tribꝰ die-
Joā. 2. bus excitabo illud. Cū igit̄ hoc apte
liq̄at ex auctoꝛitate euāgelyvꝫ diſcoꝛ
dare a ꝑdictis Zacharias ꝓpha qui
pꝛophetauit 2° anno dary dicens re-
Zach.1. ſpōdiſſe angelū atqꝫ dixiſſe:dn̄e exer
cituū: vſqꝫq tu nō miſereberis hieru
ſalē ⁊ vꝛbiū iuda. Quibus iratus es.
Jſte ſeptuageſimus ānus eſt. Si eni
⁊ ille annus 70ᵘˢ erat deſolatiōis hie-
ruſalē ⁊ vꝛbiū iuda:quō dicit daniel
Dan. 9 anno ꝑ dary(q ſimul regnauit)a cy-
ro intellexiſſe ſe in libꝛis numeꝝ an-
Hie.29. noꝝ de quo factus eſt ſermo ad hie-
remiā ꝓphetā:vt complerent̄ deſola
tionis hieruſalem ſeptuaginta anni.
Sed ſciēdū eſt ꝙ a tertiodecimo an-
no regni ioſie ſub quo ꝓphetare exoꝛ
Hier. 1. ſus eſt Hieremias ꝓpheta queꝫ dicit
Matt.1. euāgeliſta genuiſſe filios in tranſmi-
gratione babylonis: cōpletꝰ erat idē
Eſd. 1. numerus qn̄ Cyrus poſuit edictū vt
4ⁱ regū edificaret̄ domus dei. A tp̄e aūt quo
vltio. Sedechias tranſmigrauit in babylo
nē nō fuit cōpletus idē numerus niſi
anno 2° dary in quo exoꝛſus eſt ꝓphe
Zach.1. tare Zacharias ꝓpheta:factū eſt aūt
2ⁱre.5. iſtud cā magni myſtery. Si eni inci-
pimꝰ numerare a pꝛimo anno regni
Dauid ſuꝑ iſrael ⁊ iuda ex eo anno
Hiere.1 vſqꝫ ad tertiūdecimū ānū Joſie. Jn
quo exoꝛſus eſt ꝓphetare Hieremias
⁊ annūtiare trāſmigrationē babylo-
nis:inuenimus cōpletos eſſe annos
420ⁱ: qui faciunt ſexies ſeptuaginta
annos: quibus cōpletis icepit ſepti-
mus ſeptuagenarius cuiꝰ pꝛimi 40ᵃ
4ⁱ regū anni ꝓtēdūtur vſqꝫ ad finē regni Se
vltio. dechie qui vltimus fuit in regibꝰ iu-
2ⁱpalip. da:trigita v̄o ex eo tp̄e vſqꝫ ad Cyꝝ
vltio. regē ꝑſaꝝ/qui pꝛimꝰ relaxauit capti
1. Eſd. uitatē iudeoꝝ/vt aſcenderent ⁊ edifi
carent domū dei quā ſucceſerat na- 1.23ⁱⁱ
buçardan pꝛinceps exercitus regis Eſd. 2.
babylonis. Si autem numeramus a 4ⁱ regū
quarto anno regni Salomonis qn̄ vltimo.
iactata ſunt fundamēta tēpli vſqꝫ ad 2ⁱparal.
nonū Sedechie in quo obſeſſa eſt ci vltimo.
uitas hierſuſalem ab exercitu regis 3ⁱⁱre. 6.
babylonis. Jnuenimus ſeptuaginta 4ⁱ regū
ſex annoꝝ: ideſt annos ſimul.420ⁱ. vltimo.
Quibus expletis: ſeptimus ſeptua-
genarius ichoatus eſt. Cuius cōſū-
matio in anno ſecūdo dary ꝑſi. Quā Agge.1
tum ergo exiſtimare poſſum ſm̄ my- ⁊ çach.1
ſtery rationē ſub quo ꝓphetauerunt 2ⁱreg.5.
Aggeus ⁊ Zacharias ꝓpheta. Si ici Hiere.1
pimꝰ numerare a ſeptimo anno Da- 3ⁱⁱre.6.
uid regni ab ipſo vſqꝫ ad 13ᵐ annum 4ⁱ regū
Joſie decurſi ſunt āni circiter 420ⁱ. vltimo.
⁊ exinde vſqꝫ ad cyrum ſeptuaginta
anni. Si autem incipimus a quarto
anno regni Salomonis vſqꝫ ad no-
num annum Sedechie/inuenimus
annos.420ⁱ.qui diuiſi vt iam dixi-
mus:per ſeptuaginta faciunt ſeptua
genarios ſex:⁊ exinde vſqꝫ ad 2ᵐ da-
ry ſeptuaginta anni. Data eſt ergo li Agge.1
bertas populo iudeoꝛū a Cyro rege çach. 1.
aſcēdendi in hieruſalē ⁊ edificādi tē 1.Eſd.1
plum domino. Sed tn̄ ipedita eſt ipa
libertas:vt nō poſſent ꝑficere quod
inceperant. Data eſt a ſpū ſancto qui 1. Eſ.4
loquebat̄ in ꝓphetis. Secūdo anno 1.Eſ.7.
Dary regis perſi ⁊ nō eſt ipedita ſi- Agge.1
cut pꝛius:ſed ꝑfectuꝫ eſt opus qꝺ i- çach. 1.
choatū fuerat ſub cyro rege poſt quē Eſd. 4
impedientibus inimicis cōſūmari nō
poterat. Cauſa v̄o myſtery illa ē qua
conſtat dei filium veniſſe in mūdum Joā. 8.
⁊ dediſſe libertatē captiuis ſicut ipſe 10.c.16
teſtatus eſt:ſed tamē ꝓmiſiſſe alium
paraclytum in quo daturus erat ele-
ctis ſuis plenitudinem libertatis/ di
cente apoſtolo:vbi ſpiritus domini
ibi libertas. Quod ergo initiatuꝫ eſt 2ᵃad co
ſub Dauid pertinet ad Chꝛiſtū. Qꝺ rin.3.
autem ſub Salomone rege pacifico

ptinet ad ſpūm ſcm̄. Cap. 77m.
V Et aūt redeamus ad myſte
Hie.29. riū 70e annoꝝ. decurſi ſunt
⁊ Dan. a trāſmigratiōe babylonis
9.cap. vſq̄ ad Cyrū ſm ea que di
cta ſunt q̄ſi 30e anni. a cyro aūt vſq̄
ad 2m Darij 40e ſm ꝙ dicit ſcriptu-
2i re.5. ra de Dauid cuius mō facimus mē-
tionē filius Dauid. 30. ānoꝝ erat cū
regnare cepiſſet: ⁊ 40e annis regna
uit in hieruſalē. Quis eſt aūt ipſe da
Iſa.45 uid niſi Ieſus chꝛius: q ēt ⁊ in cyro
rege q ⁊ ipſe dictus ē Chꝛus dn̄i dſi
gnat? Scimus aūt ſcāz foꝛe ꝓmiſſio
Ge.22. nē de Chꝛo tribꝰ magnis pꝛiarchis/
26.28. abꝛaam. ſ. Iſaac: ⁊ Iacob. ꝙ i ſemi
ne ipoꝝ bn̄dicēde eēnt oēs gētes: ſʒ
⁊ qn̄ bn̄dixit iacob iude filio ſuo ꝓnū
tiauit naſcituꝝ chꝛium: q regnaturus
erat in gētibus de ſemie eius dicēs
Ge.49 ita. Nō auferet ſceptꝝ d Iuda ⁊ dux
de femoꝛe eiꝰ: donec ueiat q mittēdus
eſt: ⁊ ipe erit expectatio gentiū. dixit
pi Re. aūt iſtud. Nec tn̄ datū eſt ſceptꝝ Iu
16. ⁊ 2i de/vſq̄ ad tp̄s dauid. Cui ⁊ dcm̄ eſt
2.5. ca. a dn̄o de fructu ventris tui ponā ſup
pſ.131. ſedē tuā. Qui cū pueniſſʒ ad ſenectu
3ire.1.c. tē collocauit Salomonē filiū ſuū ſup
2i re.7. ſedē ſuā. d quo ⁊ dcm̄ ē in typo chꝛi.
Mat.1 Ego ero illi in pꝛez ⁊ ipe erit mihi in
filiū. Sane ab eodē Salomone vſq̄
ad Chꝛm fuerūt gn̄atiōes 30e: a chꝛo
aūt vſq̄ ad pn̄s gn̄ationes 40e. Igit
30e āni q pceſſerūt in Dauid/ſignifi-
cāt 30e gn̄atiōes a Salomōe vſq̄ ad
chꝛz. 40. vo āni quos pegit i regno
40. gn̄atiōes ſpiritales a natiuitate
dn̄i vſq̄ ad pn̄s. Ergo ⁊ .30. āni trāſ-
migratiōis babylōis illd idē ſignifi-
cāt qd. 30. āni dauid. vbi ſi āni d pce
lib. Iu- dētibus. 40. ānis/liq̄t ꝙ ab Adā vſq̄
dicum ad Dauid iter pꝛes ⁊ pncipes ſiue iu
dices ppli: q pfuerūt pplo iſrael 40e
fuerūt. Ut ergo 30e ānos trāſmigra-
tiōis a ſedechia vſq̄ ad Cyrū ⁊ 40e
Hie.29. āni pceſſerūt ptinētes ad myſteriuz

70e ānoꝝ ⁊ 40e ſecuti ſūt/ita 30e gn̄a matt.1.
tiōes a Salomone vſq̄ ad Chꝛm: ⁊
40e gn̄atiōes/aut q̄ſi gn̄atiōes pceſ-
ſerunt ⁊ 40e ſecute ſunt vſq̄ ad pn̄s.
Ita vt qd ſignificāt 70e āni inchoati 4i Re.
a 13o regni Ioſie ⁊ ꝯſūmati ſub cyro vlt. ⁊ 2i
rege/oñdat eſſe cōpletū ab Adā vſq̄ pa. vlti.
ad chꝛz: ⁊ qd ſignificāt 70e āni ichoa 1. Eſd.1
ti a trāſmigratiōe ſedechie: ⁊ ꝯſūma 4i reg.
ti 2o āno darij regis pſaꝝ oñdat nihi vl. 2i pa
lominꝰ eē cōpletū a rege Salomone ra. vl. 1.
vſq̄ ad finē 2i ſtatꝰ. ¶ Fuit eni tranſ Eſd. 6.
migratio pma initiata in Adā q pꝛo
pter ſupbiā ſuā eiectus eſt de paradi
ſo. Scda a Salomōe cui pdictū eſt a Geñ.3.
dn̄o: ꝙ niſi ambularet in via pꝛis ſui 2i re.7.
daret domus illa in direptiōez ſicuti
poſtea fcm̄ eſt. Siqdē ⁊ adhuc eo vi- 3ii re.11
uēte ſuſcitauit deꝰ aduerſarios ꝯ re-
gnū ſuū eo ꝙ bono vſuz pncipio/ma
lo ꝯſūmatꝰ ſit fine. Opz aūt in vicio
tpe hoꝛa q̄ neſcimꝰ parturire eccliaz
ſicut ⁊ in aduētu dn̄i: ⁊ cōpleri illud
qd dn̄s ait. Modicū ⁊ nō videbitis Ioā.16
me: ⁊ iteꝝ modicuz ⁊ videbitis me.
Opz inquā electos ploꝛare ⁊ lugere
in iſtoꝝ cōpletione annoꝝ. Et ſi nun
quā defuerit fletus manentibus ſub
viculis babylonis dicēte ſcriptura.
Sup flumina Babylonis illic ſedi- pſ.136.
mus ⁊ fleuimus/duz recoꝛdaremur
tui ſyon. Sicut autē pꝛes q laboꝛaue
rant expectādo/liberati fuerūt a ca-
ptiuitate in paſſione dn̄i. ita ⁊ filij in
paſſiōe iſtā. Et ſicut ibi remiſſio pctō
ruz facta fuit in clarificatiōe filij dei.
ita fiet ⁊ nūc in clarificatōe ſpūs ſan
cti. Nō eniz ſignificata eſt ſm ꝙ qdā
putant in geſtis babylonicis pma il
la libertas: que facta eſt p Moyſen exo.14.
ſm carnē pplo illi carnali q liberatꝰ
eſt de ſeruitute Pharaonis: ſed tm̄
2e ⁊ 3e que future in tpibus ſuis. alte
ra. ſ. ſm id qd ſpectat ad filiū. altera
ſm id qd ptinet ad ſpūm ſcm̄/q̄uis
enim inſeparabilia ſint opa trinita-
tis/nō



Aug.1. tis/nō fruſtra tn̄ aliud aſcribit pꝛi p-
de trini pꝛietate myſterij: aliud filio/aliud ſpi
ta.c.5. ritui ſctō. Ut interno ope ſuo trinita
tis veritas agnoſcat. Ut ergo cōple
tis 70e annis trāſmigratiōis babylo
2i para. nice/data eſt iudeis libertas a cyro
vlti. ⁊ 1. rege qui ⁊ chꝛus dn̄i dictus eſt: ⁊ ita
Eſd.1. ſi iudices iſrael accipimus in nume-
Iſa.45 ro pꝛium cōpletis 70e gn̄atiōibus ab
lib. Iu- Adam vſq̄ ad Ioannē baptiſtā miſ
dicum. ſus eſt in mūdum ille Cyrus q dicit
eſſe ſcriptū de ſeipo p Iſaiā pphetā.
Luc.4. Spūs dn̄i ſup me/eo ꝙ vnxerit me
⁊ iſa.61 ad annūtiandū manſuetis miſit me:
vt mederem ꝯtritos coꝛde ⁊ pdicarē
captiuis indulgētiā ⁊ clauſis aptio-
nē: vt pdicarez annū placabilē dn̄o:
pi eſd.6 ⁊ diē vltionis deo nr̄o. Et ſicut com
2i eſd.2. pletis a Cyro rege 40e annis data
eſt Iudeis plena libertas reedifican
di templū dn̄i: ⁊ nō lōge poſt ſub ar-
taxerſe muros hieruſalē/ita cōpletis
40e gn̄atiōibus ab incarnatiōe dn̄i/
opz dari fidelibus pleniorē libertatē
in ſpū ſctō: ita vt tunc liceat ⁊ libeat
veraciter canere all'a. Pꝛeeunte tn̄
partu ecclie in tribulatōe antichꝛiſti:
quatenus ⁊ illud cōpleat in electis:
qd veritas dicit. Amē amen dico vo
Ioā.16 bis: qꝛ ploꝛabitis ⁊ flebitis vos mū-
dus aūt gaudebit. Iteꝝ aūt videbi
tis me ⁊ gaudebit coꝛ vr̄m/⁊ gaudi-
um vr̄m nemo tollet a vobis. Quod
1. eſd.1. igit ſignificatū ē in ea libertate que
facta eſt ſub Cyro cōpletum eſt circa
pꝛimū aduētum chꝛiſti in aduētu. ſ.
ſpūs ſci pꝛocedentis a pꝛe. Et qd ſi-
gnificatū eſt in ea libertate / que fcā
ibid.c.6 eſt ſub Dario pſo: ⁊ cōpletum eſt cir
ca finem 2i ſtatus/in aduentu ipſius
ſpūs pꝛocedens a filio. Si qs aūt de
gemina cā huiꝰ deifice libertatis al-
tius aliqd rimare cupit. Ecce in ſub-
iecta figura ſpectari poterit ſup hoc
ſacrm̄ archanūq̄ myſterium: qd vix
uerbis cōgruentibus plene ſicut eſt

dici poteſt. Cap. 78m.
Q Uia de numero tricēario
⁊ quadragenario quoꝛuz
magna ſunt ⁊ alta myſte
ria/hijs que de veteribus
geſtis exerſimus ſer- Luc.3.
mo vltimus finem dedit ad oñden- mat.4.
dam ꝯcoꝛdiaz veritatis. Tricenariꝰ mar.1.
dn̄s nr̄ baptiçari voluit: baptiçatus ⁊ Lu.4
abijt in deſertum vbi ⁊ pmanſit ieiu
nus 40e diebus. Quare aūt 40e die
bus cū dꝛia ſit iter dies ⁊ annos: ſed
qꝛ tp̄s miſerie longuz ſatis eſſe vr ēt
ſi non ſit/tp̄s ꝯſolationis bꝛeue ēt ſi
plures ſint dies eius/nō imerito tp̄s
captiuitatis dſignat in annis: tēpus
libertatis in diebus/dicēte ſcriptu-
ra de iacob. Pꝛiarcha ſeruiuit iacob
pꝛo rachele. 7. annis ⁊ videbant illi
pauci dies pamoꝛis magnitudine.
Una eſt itaq̄ cā myſterij annoꝝ 70e Ge.29.
trāſmigrationis babylōice: ⁊ 30e an hier.29
noꝛum chꝛiſti ſimul ⁊ 40e dieꝝ: etſi
alie cauſe hic q̄z illic expꝛimant. Eo- 2i reg.5
dem modo ⁊ qd dictuz eſt de Dauid
filius 30e annoꝛū erat cum regnare
cepiſſet: ⁊ 40e annis regnauit in hie
ruſalem: omnino cū eodē chꝛiſti my
ſterio cōſonare videt/excepto ꝙ hic
agitur de tentatione: ibi de regno: ⁊
tamen vtrūq̄ in chꝛiſti coꝛpe cōſum
mat. Igitur 30e anni in quoꝛuz vlti- Luc.3.
mo baptiçatꝰ eſt chꝛiſtus/ſignificant
30e gn̄ationes que pceſſerunt ipſius
chꝛiſti natiuitatē a Salomōe filio da matt.1.
uid/q videlicet Dauid hic ſignificat
deū pꝛem/videlʒ ad ipſum chꝛiſtuz.
40e vo dies totidem gn̄atiōes noui
teſtamēti nō vtiq̄ in finem ſeculi/ſʒ
vſq̄ ad hoꝛam tentationis que ven
tura eſt in oꝛbē vniuerſuz tentare ha
bitantes in terra. dixit h̄ dn̄s in apo
calypſi angelo ecclie Philadelphie/ Apo.3.
q in ſexto oꝛdie ſcriptꝰ eſt. Quia ni
miruz in ſexto ecclie tempoꝛe/quod
nimis vrget/futura eſt quāmaxima



ſionis conſummata ſit/an conſum/
manda/ queſtio eſt apud multos.
Confligunt enim in hoc loco caro ⁊
ſpirit⁹/ſicut in illo loco vbi loquitur
Pa.c.17 dominus ad Dauid dicens. Cuz im
pleueris dies tuos/vt vadas ad pa/
tres tuos ſuſcitabo ſemen tuum poſt
te/quod erit de filijs tuis/⁊ ſtabiliaz
regnuz eius/ipſe edificabit mihi do/
mum: ⁊ firmabo ſolium eius vſqz in
eternuz. Ego ero ei in patrem/⁊ ipſe
erit mihi in filium. Propter hec ver
ba ⁊ ſimilia dicit iudeus completaz
eſſe promiſſionem iſtam in Salomo
ne: ⁊ in templo illo manufacto quod
deſtruxit Nabuchodonoſor rex ba/
bylonis. Cap.113m.

# D

Doctores vo eccleſie am/
bulantes ſm ſpiritum di/
cunt non eſſe hoc dictum
de Salomone/ ſed de eo/
cuius in hoc ipo typum tenuit Salo
mon. Nec de templo illo manufacto
ſed de ſpirituali eccleſia. Non enim
Salomon fuit heres Dauid qui no/
luit eſſe heres iuſtitie/ſed chriſtus ie
ſus. Ut eni hoc eſſe intelligerēt ſan/
cti dei/auctoritas Pauli eos traxit
ad fidem. qui loquens de Chriſto in
epiſtola ad Hebreos hoc teſtimonio
vſus eſt. Ego ero illi in patrem ⁊ ipe
erit mihi in filium. Sic ⁊ in viſione
hac Danielis: non eſt extimandus
Antiochus ille de quo dictum eſt.
Cuz creuerint iniquitates ſurget rex
impudens facie ⁊ intelligens propo
ſitiones: ⁊ ſi videatur id ſm ſenſum
littere poſſe teneri/ſed ille cuius ty/
pum tenuit Antiochus hoc eſt anti/
chriſtus. Neqz enim Antiochus cui
tam pauci milites iudeorum tā ſtre/
nue reſtiterunt ſupra qz credi poſ/
ſet vniuerſa vaſtauit/ ſed de illo de
quo ſcriptū eſt. Qui extollitur ⁊ ad/ Cap. 1.
uerſatur ſupra omne quod dicit de/
us aut quod colitur/ita vt in templo Cap.8.
dei ſedeat oſtendens ſe tanquam ſit
de⁹. Unde ⁊ de fortitudine ⁊ de ſtel/
lis dei eſſe dictum eſt. Quia in ipſa
dei eccleſia que fundata eſt ſupra pe
traz operabitur iniquitatem. Ita vt
etiam ⁊ de eruditis ruant: ⁊ etiā con
tra principem principum Chriſtum
ſcilicet Ieſum eleuatus inſaniat. Ut
compleat omnia mala que de eo ſcri
pta ſunt. Quia vo putari poterat qd
multi putant completam eſſe videli/ 2. ad
cet viſionem iſtam in diebus Antio/ the.2.c.
chi apparuit idem angelus Danieli
⁊ dixit ei. Ego veni vt docerē te que
vētura ſūt populo tuo in nouiſſimis
diebus. dixit hec ⁊ paulopoſt cepit
replicare verba ſuperioris viſionis
faciens



faciens mentionem regum perſaruz
⁊ Alexandri. Deinde introducens
pugnam duorum regum aquilonis/
ſcilicet ⁊ auſtri. Oſtendens regem
auſtri eſſe regem iuſtitie. Regem vo
aquilonis regem iniquitatis/quod
niſi intelligatur de deo/⁊ de diabo/
lo conſideratis vniuerſis geſtis ve/
terū/omnis ſuperficies ſenſus ⁊ ſen
ſus hyſtoricus euaneſcit. Si eni poſt
Alexandrū regem oſtenduntur con
fligere reges ipſi/quomodo ſi terre/
ni reges ſunt/tādiu durare credun/
tur? vt recte ſcribi potuerit in eadez
viſione in fine temporum ⁊ annorū
veniet Rex aquilonis contra regez
auſtri. ſz quia hec clara ſunt ⁊ mani/
feſta/libet eādem viſionez explanan
do percurrere: atque in ea huic ope
ri finez dare. Ne forte (quod abſit)
prius occupet bellum/ qz prouideat
vnuſquiſqz quod deficit ei ſm qp ac/
cidet filijs tenebrarum. Cap.114m.

# E

Dan.11 Ecce inquit tres reges ſtabūt
in perſide: ⁊ quartus ditabit
opibus nimis. Et cum inua/
luerit diuitijs: concitabit o/
mnes aduerſus regnum grecie. Sur
get vo rex fortis: ⁊ dominabitur po
teſtate multa ⁊ faciet quod placuerit
ei. Quartus Rex qui mouit preliuz
contra regnum grecie Darius fuit
rex perſarum/aduerſus quem ſurre
xit rex fortis nomine Alexāder qui
⁊ debellauit eum/ eiuſqz occupauit
imperium. Ad quem vo finem deue
nerit regnum Alexandri/ſequentia
manifeſtant cum dicitur: ⁊ cum ſte/
terit conteretur regnum eius/⁊ diui
detur per quatuor vētos celi: ſed nō
in poſteros eius. Non in poſteros
eius dicit/ quia non erat habiturus
heredes/ neqz ſm potentiam illius
qua dominatus eſt. Quia diuiſum ⁊
laceratum regnum imminutum eſt/
⁊ virtute ⁊ gloria. Unde ⁊ mox ſub/
ditur. Lacerabitur enim regnuz eius
etiam in exteros. Laceratum quip/
pe fuit regnum ipſius etiam in exte/
ros: quia in multis portionibus di/
uiſuz fuit. Sequitur: ⁊ confortabitur
rex auſtri: ille ſcilicet rex auſtri qui in
celis regnat: ⁊ in calidis amore ſpi/
ritibus: eternam hereditat manſio
nez. Et hec aperte. Ubi enim regnū
aquilonis debilitatur ſciſſione/pro/
tinus regnum regis auſtri confor/
tatur ⁊ creſcit. Etenim Alexander
iſte typum tenuit regis tenebrarum:
vtpote cuius natiuitas lucem ſicut
traditur minuit/noctem auxit: ⁊ vſqz
ad plurimam diei partem ſolis radi/
os abſcōdit. Huic ſitienti humanum
ſanguinē/natus eſt poſt aliquot an/
nos heres iniquus. Heres non car/
ne: ſed imitatiōe Antiochus: ſcilicet
ille qui legitur in libris Maccabeo
rum in typo: haud dubium illius re/
guli de quo dicit Iſaias: d radice co
lubri egredietur regulus: ⁊ ſemē ei⁹
abſorbens volucrem. Significauit
ergo Alexander ſerpentez illum an/
tiquū qui ſemper gauiſus eſt in cruo
re. Antiochus deteſtandum illum re
gulum qui dicitur Antichriſtus. hic
ergo Aquilonis Rex: immo ipſius
locum tenens pugnauit aduerſuz re
gem auſtri tempore maccabeorum/
querens diſſipare legem dei. ſed nō
preualuit: quia iaz incipiebat rex au/
ſtri oſtendere fortitudinem ſuam/⁊
ſtrenuos milites ſuos deſtinar in pu
gnam/⁊ tales qui pro lege ipſius vi
tam contemnerent temporalem. Un
de ⁊ ſubditur: ⁊ cōfortabitur rex au/
ſtri. Et quia victorioſiſſimi Macca
bei cū ſuis exercitibus preualuerunt
contra eū recte ſubiungitur: ⁊ de pn
cipibus eius preualebunt aduerſus
eum: ideſt aduerſus regez aquilonis
⁊ aduerſus principes eius. Et domi
nabitur ditione. Multa enim domi/

Universidad de Deusto Biblioteca

natio eius. hoc idcirco dicit: quia tē
pus ceperat appropiquare quo chri
ſtus ipſe qui preliabatur eo tempore
in martyribus ſuis/iam erat in pro-
ximo venturus in mundum: regna-
turus ⁊ poſſeſſurus Romanum im-
perium / quod erat ſimiliter regis
aglonis/immo ſpecialius preomni-
bus regnis terre. Quod vͦo ſequitur
⁊ poſt finem ānorum federabuntur.
manifeſtum eſt ꝙ poſt multa illa pre
lia de quibus glorioſe triumphaue-
runt Maccabei: inierunt tandem fe
dus cum regibus terre/⁊ precipue
cum romanis: in quibus omnibus
rex aquilonis qui vocatur diabolus
⁊ ſathanas imperabat. Unde ⁊ prin
Joā.12 ceps dictus eſt mundi. Sequitur. fi-
liaq; regis auſtri ibit ad regem aqui-
lonis facere amicitiam. Filia nanq;
regis auſtri ſynagoga ſcilicet iudeo-
rum: iuit animo ad regem aquilonis
apud romam/ vbi erat ſedes ipſius
facere amicitiam cū romanis/vt ad-
iuti ⁊ roborati ab ipſis defendere ſe
poſſent ab aduerſarijs ſuis. Sed nō
obtinebit inquit fortitudinem brac-
chij/quia non eis preſtiterunt auxi-
lium quod polliciti ſunt romani. ma
hie.17. ledictus homo qui confidit in ho-
mine. Et quāuis fideliſſimi macca-
bei pia hoc ceperint intentione/non
immerito tamen potius corruebant
in bello/cuꝫ de viribus humanis vi-
debantur preſumere: ſm̄ ꝙ non ſe-
mel aut bis/ſed crebrius accidiſſe le
gimus tempore regum iſrael. Pe-
na nanq; ſubſequens indicat prece-
dens delictum. Unde ⁊ mox ſubdi-
tur: ⁊ non ſtabit ſemen eius/lꝫ mul-
tis conſilijs/⁊ multa humana indu-
ſtria niteretur ſynagoga ſtabilire ſi-
bi regnum terrenū/ſtare tamen non
potuit: quia ſemper ea que ſunt car-
nis/non que ſunt ſpiritus ſapiebāt.
Unde ⁊ iuſto dei iudicio traditi ſunt
in manus romanoruꝫ/ipſa ſcilicet ⁊
adoleſcētes eiꝰ/hoc eſt ſcribe ⁊ pha
riſei ſpiritualibus ſenſibus imperiti/
qui ei promittebant temporalia. Sic
enim ſequitur. Et tradetur ipa ⁊ qui
adduxerunt eam adoleſcentes eius:
⁊ qui confortabant eam in tempori-
bus/ ſubauditur vt non reciperent
verbum vite eterne: ⁊ hoc ſatis com
petenti iudicio. Qui enim fugiētes Joā.19
regem auſtri vltro elegerunt ſibi re-
gem aquilonis dicentes. nos nō ha-
bemus regem niſi Ceſareꝫ. ſatis eui
denti iudicio/traditi ſunt pariter po
teſtati illius/cuiꝰ ſe gloriabantur po
teſtate muniri. Quid igitur? ergo ne
reppulit deus plebē ſuam? Abſit: nō
reppulit inquit deus plebem ſuam
quā preſciuit. Cecitas enim ex parte
ꝯtigit in iſrael. Unde ⁊ hic tam pul-
chre q̄ꝫ aperte ſubiungitur. Et ſtabit
de germine radicum eius plantatio.
Quid iſto ſplendidius. vitis vna cū
propaginibus duodecim ⁊ alijs pal
mitibꝰ.72. Et quid factura erat iſta
plantatio? aut quod illi nomē ⁊ que
virtus. Et veniet inquit cum exerci-
tu / ⁊ ingredietur prouintiam regis
aquilonis ⁊ abutetur eis/⁊ obtine-
bit inſuper/⁊ deos eorum ⁊ ſculpti-
lia. vaſa quoq; precioſa argenti ⁊ au
ri/⁊ captiuam ducet in egyptuꝫ. ipſe
preualebit aduerſum regem aquilo-
nis/⁊ intrabit in regnum rex auſtri/
⁊ reuertetur ad terram ſuam. Quid
ad hec dicitis o iudei? Superius ha
buimus regem auſtri ⁊ filiam regis
auſtri. Et ecce nūc habemus ꝙ de fi
lia regis auſtri que ꝑ ſua culpa tradē
da erat regi aglonis remaneret plan
tatio: ⁊ iſta plantatio vocaret̄ ⁊ eſſet
rex auſtri. Quis vnquā audiuit huic
ſile? Quis ita poſſet ſoluē niſi chrs? Joā. 8
Rex auſtri/q dicit anteq̄ꝫ Abraā fie-
ret ego ſuꝫ. Naſcet̄ de virga radicis
ieſſe: ⁊ de ipſa ꝓgenie ſynagoge deꝰ/
ſcilicet



ſcilicet ante tpa/homo in fine ſeculo
rū. hoc eſt illud qđ ſub eodem incar-
nationis myſterio per ꝓphetaꝫ Eçe
chielē ſpūs ſanctꝰ loquitur dicens.
Cap.17 Sumam ego de medulla cedri ſub-
limis/⁊ ponā de vertice ramoꝝ eius
tenerum diſtringam/⁊ plantabo ſu-
per montem excelſum ⁊ eminentem
in monte ſublimi iſrael plantabo il-
lud ⁊ erumpet in germē/⁊ faciet fru
ctum ⁊ erit in cedruꝫ magnam ⁊ ha
bitabunt ſub ea omnes volucres/⁊
vniuerſum volatile ſub vmbra fron
dium eius nidificabunt. Hec igitur
plantatio iure appellatur rex auſtri:
quia incarnata ſapiētia/⁊ deus erat:
⁊ deus permāſit. Hic ergo deus vni-
genitus qui eſt verus filius dei igreſ
ſus eſt prouintiam regis aquilonis
abutēs eis: ⁊ obtinēs illos / inſuper
⁊ deos eorum/⁊ ſculptilia/auferēſq;
vaſa ꝓcioſa argenti ⁊ auri/⁊ captiua
mat.27 ducēs in egyptū. Cū vꝫ in cruce po
ſitus ſuſtinuit q̄ſi agnus manſuetus
opprobrium paſſionis/qui tn̄ deſcē
dens ad infernum/iam non/ quaſi
agnus manſuetus opprobrium paſ-
ſionis ſuſtinens/ſed quaſi leo fortiſ-
ſimus deuicit leonem rugientem / ⁊
frementem dentibus cōtra nos abu
tens miniſtros tartareos/⁊ exercēs
poteſtatem in regno eorum: oppri-
menſq; in fortitudine ſua principem
demoniorum ⁊ ſculptilia/in quibus
excolebantur ſuper terrā: ⁊ animas
iuſtorum quas poſſederat diabolus
in inferno adducens ſecum in terrā
mat.27 iuda/ita vt venirent plurimi in ſan-
ctam ciuitatem/⁊ apparerent mul-
tis. Hec eſt illa captiuitas de qua pri
mo pſalmiſta: poſtremo ⁊ apoſtolus
dicit: captiuam duxit captiuitatem.
ad eph. 4. Dedit dona hominibus. Impletum
eſt enim ⁊ illud quod aliquādo ipſe
Luc.11 predixerat. Cum fortis armatus cu-
ſtodit atrium ſuum: in pace ſunt o-
mnia que poſſidet. Si autem fortior
illo ſuperueniens vicerit eū/vniuer-
ſa arma eius auferet in quibus con-
fidebat/⁊ ſpolia eius diſtribuet. Un
de ⁊ hic dicit̄: ipſe preualebit aduer-
ſus regeꝫ aquilonis/⁊ intrabit in re
gnum rex auſtri/⁊ reuertetur in ter-
ram ſuam. Ipſe reuera preualuit ad-
uerſus regem aquilonis dominus ⁊
redemptor noſter/quādo per oppro Iſa.14
brium crucis vicit principem mūdi/
qui dicebat: in celū aſcendam/ſuper
aſtra celi exaltabo ſoliū. Chriſtus in
quaꝫ vicit diabolū: q2 humilitas pro
ſtrauit ſupbiaꝫ. Ille enim optauit ſi- ad phi.
bi regnū: iſte deſpexit. Et ideo dedit 2.
illi pater ſuus nomē qđ eſt ſup omne
nomen: vt in nomine Jeſu/oē genu
flectat̄/celeſtiū/terreſtrium/⁊ iferno
rū. Et bene dicitur: itrabit in regnū
rex auſtri: ⁊ reuertet̄ i terrā ſuā. Hoc
eniꝫ ipſemet declarat: quādo duobꝰ
diſcipulis q de eo colloquebantur di
cebat. O ſtulti ⁊ tardi corde ad cre- luc.24.
dendū in hijs que locuti ſunt ꝓphe-
te/nōne hoc oportuit pati chriſtū/⁊
ſic intrare in gloriā ſuam. Sequitur
aūt: filij aūt eius prouocabant̄ ⁊ con
gregabunt multitudinē exercituum
plurimoꝝ veniēs properans ⁊ emū
dans/⁊ reuertetur ⁊ concitabitur/⁊
cōgrediet̄ cū robore ſuo filij diaboli:
ideſt iudei audientes ꝙ chrs reſurre
xit a mortuis ꝓuocati ſūt ad irā ⁊ col
legerūt multitudinē hoiuꝫ perditoꝝ
ad delendū regnū chri/qđ eſt ecclia.
⁊ ex hoc ꝯfortat̄ diabolus ꝑmittēte
iuſto iudice deo. Tentatum iteꝝ bel
lū committere ꝯtra regem chrm/cer
nens multitudinem iudeoꝝ ⁊ paga
noꝝ ſatis agere ꝓ voto ſuo. Uenit ⁊
exaltatum eſt iteꝝ cor eius in ſuper-
biam iuxta illud. hꝫ fiduciam ꝙ ior-
danis influat in os eius. Sequit̄. Et iob. 40
ꝓuocatus rex auſtri egredietur ⁊ pu
gnabit ꝯtra regem aglonis: q̄ſi enim

Universidad de Deusto Biblioteca

prouocatur rex auſtri contra regem
aquilonis. Cum mittens armatā ma
num diſcipulorum ſuorum purgauit
in gladio oris ſui contra Romanos
apud quos regnabat ſpecialius rex
aquilonis. Et cōmiſſum eſt prelium
Apo.12. illud magnum de quo dicit Joānes:
Factum eſt prelium magnum in celo
Michael ⁊ angeli eius preliabātur
cū draconeː ⁊ draco pugnabat ⁊ an
geli eius. Et quid ibi ſeqtur? Et non
preualuerunt neq; inuentus eſt eorū
locus amplius in celo. Unde ⁊ hoc
ſubditur. Et dabitur multitudo in
manu eius/⁊ capiet multitudinem ⁊
exaltabitur cornu eius/⁊ deiciet mul
ta millia. Completum eſt hoc diebus
conſtantini principis quando debel
latum eſt romanum imperiū ⁊ mul-
ti quaſi coacti conuerſi ſunt ad fidē
chriſti: qui ꝑus ne ſe illi ſubderēt cō
tumaciter reſiſtebant. Factū eſt iſtud
ſed non ait preualebit. Quia nimirū
vbi ſe vidit Diabolus amiſiſſe vir-
tutem ⁊ proiectum eſſe de celo in ter
ram abijt iratus ⁊ furibundus cogi-
tans ⁊ pertractās quo modo ſe poſ-
ſet vlciſci ⁊ capere vindictam de cō-
tumelia ſua. Exinde ergo ⁊ vſq; nūc
machinatus eſt quid faceret in finē
temporum ſicut in eodem loco apo-
calypſ. ſubiunctū eſt. Ue terre ⁊ ma
ri q2 deſcendit diabolus ad vos ha-
bens iram magnam ſciens q2 modi
cum tempus habet. Notandum vō
quod ⁊ de Chriſto ſcriptū eſt in hac
viſione: deiciet multa millia ⁊ nō pre
ualebit. ⁊ de diabolo ⁊ angelis eius
dicit Joannes: ⁊ non preualuerunt.
Si ergo nec Chriſtus in illo primo
prelio ex toto ꝑualuit: nec diabolus
aduerſus Chriſtum. Multus enim
populus datus eſt Chriſto: ⁊ multus
remanſit in poteſtate diaboli. Reſtat
vt aliud atq; aliud adhuc cōmittatur
vbi ex toto ſupeꝛ diabols. Cap. 115m.

SEd de ſecūdo prelio videam⁹:
q2 iam nunc modis omnib⁹ ap-
propiquat. Dixit angelus de re
ge Auſtri ꝙ daretur multitudo
in manu eius: nec tamen preualeret.
Et quaſi quereretur qua ratiōe hoc
diceret. reſpondit: conuertetur enim
rex aquilonis ⁊ preparabit multitu-
dinem multo maiorem q̄ȝ prius/⁊ in
finem temporum annorumq; veniet
properans cū exercitu magno ⁊ opi-
bus nimijs. Et in temporibus illis
multi conſurgent aduerſus regē Au
ſtri. Ubi ſunt illi/qui carnalem ſequū
tur intellectum? Qui ſunt iſti reges
niſi qui a temporibus alexandri vſq;
ad finem temporum ⁊ annorum cō-
fligunt. Et nunc redite vel ſero pre-
uaricatores ad cor. Sed ⁊ vos electi
Dei accipite arma lucis: q2 iam pre-
parata eſt multitudo diaboli: iam ꝑ-
cones eius circūquaq; diſcurrunt ⁊
nihil ſupereſt/niſi pugna. Nec ſuffi-
cit ꝙ gentes īfideles parate ſunt vn
diq; contra nos niſi etiam aduerſus
regem auſtri multi de chriſtiano po-
pulo/⁊ vere multi conſurgunt. In-
de patareni/inde malefici/inde falſi
chriſtiani/⁊ multi alij. abundat ec-
ce iniquitas: ⁊ frigeſcit charitas mul
torum. Et ſciendum ꝙ in primis tē-
porib⁹ preliatus eſt diabolus in mē-
bris ſuis: in extremis vō temporib⁹
preliabitur in illo qui erit caput ⁊ pri
ceps omnium reproborum/in quo ⁊
habitabit ſpecialius/ac ſi in vaſe ꝓ-
prio per ſeipſum vt malum quod pri
ceps demonū nequiuit explere/ipe
quaſi magnus ⁊ potēs expleat in fu-
rore fortitudinis ſue. Sequitur. filij
quoq; preuaricatorum populi tui ex-
tollentur vt impleant viſionē ⁊ cor-
ruent. Credentes ſe iudei recipere re
gē Chriſtum: recipient antichriſtū.
Auctoritas hec euangelij eſt/⁊ chri-
ſti qui dicit. Ego veni in nomine pa- Joā. 5.
tris



tris mei ⁊ non recepiſtis me. Si ali-
us venerit in nomine ſuo/ipſum re-
cipietis. Sed ⁊ patres in hoc ipſo
conueniunt. Quod ſi verum eſt: cum
rurſum vex ſit iudeos conuerti opor
tere ad fidē chriſti: quid aliud datur
intelligi/niſi q2 poſt aduentum anti-
chriſti relinquetur tempus iudeis vt
conuertantur ad deum. Quāuis ex
parte aliqua ⁊ prius q̄ȝ ille veniat cō
uertendos eſſe credamus. Sequitur
⁊ veniet rex aquilonis ⁊ comporta-
bit aggerē ⁊ capiet vrbes munitiſſi-
mas ⁊ bracchia auſtri nō ſuſtinebūt.
Siue ſm̄ litteram vrbes capiet/ſiue
ſȝ ſpiritū/nominatas eccleſias. Nō
enim erit tanta fortitudo eo tempo-
re chriſtianis/vt tam aduerſe fortitu
dini reſiſtere poſſint. Unde ⁊ mox
ſubditur: ⁊ ſurgent electi eius ad reſi
ſtendū: ⁊ non erit fortitudo. Ecce iā
aperitur myſterium cum nomen iter
ponitur electorum. Et faciet inquit.
Quid eſt/⁊ faciet? illō quod ſequiꝛ.
Ueniet ſuper eum iuxta placitū ſuū:
⁊ non erit qui ſtet contra faciem ei⁹.
Et ſtabit in terra iclyta vt conſūme-
tur in manu eius: hoc eſt illud quod
in alia viſione ſcriptū eſt. Supra q̄ȝ
cap.8. credi poteſt vniuerſa vaſtabit. Et po
net faciem ſuam vt veniat ad tenen-
dum omne regnum eius. Cuius re-
gnū? chriſti ⁊ romane eccleſie. Et re
cta faciet cum eo: ſubauditur/ſimu-
lans iuſtitiam quam non habebit: ⁊
filiā feminar̄ dabit illi/vt euertat il
lud: hoc eſt blanditiem ⁊ voluptatē
carnis. Mulieres nāq; non viribus
ſed blāditijs/⁊ voluptate ꝓſternūt.
3ᵘ re.11. Deniq; ⁊ de Salomone ſcriptū eſt/
euertiſſe mulieres cor eius. Uerum
tamen inquit: non ſtabit nec illius
erit. Subauditur. Quia ⁊ hoc Chri-
ſtus patitur impugnari/non tamē il-
lud penitus expugnari permittit. Et
conuertet faciem ſuam ad inſulas ⁊
capiet multas: ſiue ad litterā maris
inſulas: ſiue in ſpiritu diuerſas eccle-
ſias: que quaſi maris inſule in mun-
do confligunt. Et ceſſare faciet prin-
cipem opprobrij ſui/⁊ opprobriū ſu-
um conuertetur in eum. Princeps
opprobrij ſui Chriſtus eſt qui primo
vicit illum/quem quodammodo ceſ
ſare faciet a predicatione/⁊ regno ſi
cut in die illo quo occiſus eſt a iude-
is. Uerumtamen quia nec ſic pote-
rit ex toto obtinere regnum eccleſie
conuertet faciem ſuam ad imperium
terre ſue/vbi ⁊ recipiet ex parte fru-
ctus operis ſui. Nam impinget inqt
⁊ corruet ⁊ non inuenietur. Et ſtabit
in loco ſuo viliſſimus ⁊ indignus de
core regio. Et in paucis diebus con
ſumetur non in furore nec in prelio.
Et ſtabit in loco eius deſpectus ⁊ nō
tribuetur ei honor regis. Hoc quali-
ter accidat tunc ſciri poterit cum cō-
tinget. Sequitur: poſt hec veniet clā
⁊ obtinebit regnū in fraudulentia:
percutiet enim fedus cum populo i-
ſtinctu cuiuſdā qui erit dux federis
⁊ mediator concordie. Ubi autē vi-
derit redditū ſibi regnum/ilico mo
uebit atrociſſimam pugnam: de qua
⁊ mox ſubditur. Bracchia pugnan-
tis expugnabuntur a facie eius/⁊ cō
teretur inſuper ⁊ Dux federis. Non
ſolum inquit populus fidelis: ſed ⁊ il
le qui erit dux federis conteretur ab
illo. Nam poſt amicitiam inquit fa-
ciet cum eo dolum. Aſcendet ergo ⁊
faciet cum eo dolum ⁊ ſuperabit in
modico populum. Abundātes ⁊ vbe
res vrbes ingredieꝛ/⁊ faciet que nō
fecerunt patres eius/⁊ patres patrū
eius. Rapinas predas ⁊ diuitias eo
rum diſſipabit/⁊ contra firmiſſimas
cogitationes hinniet/⁊ hec vſq; ad
tempus. Et hec quidē faciet in mul-
titudinem populorum vt monarchiā
totius mūdi valeat obtinere. Quod

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝺo ait:⁊ hoc vſq₃ ad tempus: dat itel
gi ꝙ in anno vno ſupraſcripta cótin
gant. Ex eo. ſ. loco vbi dicitur: ⁊ in fi
ne tempoꝛum ⁊ annoꝝ. Cap. 116^m.

Et conꝺitabitur foꝛtitudo ei⁹
⁊ coꝛ eius aduerſum regem
Auſtri ⁊ veniet aduerſus euꝫ
cū exercitu magno. De hui⁹
exercitus magnitudine ſcriptum eſt
expreſſius in Johele prophéta: popu
cap. 2. lus magnus ⁊ foꝛtis ⁊ ſimilis ei non
fuit a pꝛincipio. Et poſt eum nō erit
vſq₃ in annos generationis ⁊ gene-
rationis. Hic igitur erit exercitus il-
le magnus / cuꝫ quo veniet diabolus
in membꝛis ſuis contra regnum ec-
cleſie collectus. ſ. ex omni multitudi-
ne repꝛoboꝛuꝫ. Sed ⁊ rex auſtri chꝛi
ſtus. ſ. in membꝛis ſuis pꝛouocabun
tur ad belluꝫ multis auxilijs ⁊ foꝛtis
nimis. Ueramtamen ait: non ſtabūt
qꝛ inibūt aduerſus eum conſilia / co-
medentes panes cum eo conterent
illum exercitum: qꝛ oppꝛimētur ⁊ ca-
dent interfecti plurimi: erit autē hoc
vt compleatur adhuc plenius in mē-
ps. 40. bꝛis quod proceſſit in capite: homo
pacis mee in quo ſperaui qui edebat
panes meos / magnificauit ſuper me
ſupplantationem. duoꝛum quoq₃ re-
guꝫ coꝛ erit vt malefaciant: ⁊ ad mē
ſam vnam mendacia loquētur ⁊ nō
pꝛoficiunt. Quia adhuc finis in aliꝺ
tempus: duo reges iſti qui ſint neſci-
tur / niſi foꝛte vnus ſit ille qui dicitur
coꝛnu vndecimū pꝛinceps. ſ. beſtie ⁊
decē reguꝫ. Alius qui pꝛincipatur in
pſeudo pꝛophetis. Quod autē dicit
⁊ nō pꝛoficiet: qꝛ adhuc finis in aliꝺ
tempus: ſi tēpus (vt iam dixi) accipi
enduꝫ eſt hic pꝛo anno. Secūdo q̂q₃
anno terminum hic poſitum eſſe do-
cet. Sequitur: ⁊ ne vertetur in terraꝫ
ſuam cum opibus multis: ⁊ coꝛ eius
aduerſus teſtamentum ſanctū. Qua
re hoc? qꝛ exoſum habet mandatum
dei ⁊ legem chꝛiſtianoꝛum: ⁊ faciet i-
quit ⁊ reuertetur in terram ſuam: fa-
ciet malum quod poterit. ⁊ reuerteꝛ
in terram ſuam: hoc eſt ad locum ꝓ-
pinquum in quo erit ſedes ei⁹. Sta-
tuto ꝺo tempoꝛe reuertetur ⁊ veniet
ad Auſtrum ⁊ non erit pꝛioꝛi ſimile
nouiſſimum. Ueniet ad Auſtrum: qꝛ
inſurget contra eccleſiam. Que flāte
dei ſpiritu ardet igne charitatis: ⁊ nō
erit ꝑoꝛi ſimile nouiſſimū / qꝛ ſequēs
tribulatio faciet obliuiſci pꝛioꝝ. Su-
pꝛa modū enim erit imanis tribula-
tio illa. Sequitur. Et venient ſup euꝫ
trieres ⁊ romani ⁊ percutietur ⁊ re-
uerteꝛ. Utrū ſpiritualiter an coꝛpoꝛa
liter / interim in dubium relinquetur.
Uerum ipſe ex eadem ꝑcuſſione quā
patietur in mēbꝛis ſuis magis exar-
deſcet in ira: ⁊ furoꝛ ei⁹ aduerſus do-
minū ⁊ aduerſus Chꝛm eius. Nam
ſeqtur. Et indignabitur contra teſta
mētum ſanctuarij: ⁊ faciet. Indigna
biꝛ inquit ⁊ faciet: qꝛ pꝛoficiet dolus
in manu ei⁹. Seqtur. Reuerteturq₃
⁊ cogitabit aduerſus eos qui dereli
querunt teſtamētū ſanctuarij ⁊ bꝛac
chia ex eo ſtabunt. Idcirco cogitabit
aduerſus apoſtatas chꝛiſtianos qui
negabunt nomen chꝛiſti. Quia cum
poſſint tradere eccleſiā diſſimulabūt
plus enim terroꝛe q̃₃ voluntate nega
bunt. Stabunt tamē interim aliqua
bꝛacchia de ſanctuario dñi. Poꝛro
hij quos negare continget polluent
ſanctuariū foꝛtitudinis: ideſt romāe
fidei fundamentum: ⁊ auferent iuge
ſacrificiū: ⁊ dabunt abominationē ⁊
deſolationē. Impij enim in teſtm̄ ſi-
mulabunt fraudulenter ⁊ ipſi conta-
minabūt eccleſiā. Deficiet ergo ſacri
ficiū ⁊ oblatio: deſtruetur oꝛdo eccle-
ſie / ita vt non ſit aliquis in multitudi
ne populi qui libere audeat inuocare
nomen domini. Uerūtamē populus
ſciens dñm deum ſuum obtinebit ⁊
faciet



faciet: ⁊ lꝫ fugatus ⁊ exulatus in mō-
tibus: fidē tamen chꝛiſti non derelin
quent. Docti enim in populo doce-
bunt plurimos. Erunt autem in indi
gnatione ⁊ in flāma ⁊ in rapina die-
ruꝫ. Cūq₃ coꝛruerint: ſubauditur alij
coꝛpoꝛe: alij quod deterius eſt / ſpiri-
tu ſubleuabūtur auxilio paruulo. Cū
ꝺo ceperint ſubleuari / applicabūtur
eis plurimi fraudulenter. Sicq₃ deci
pientur calliditate diaboli / vt etiā de
eruditis ruant. Ut ſi fieri poſſit in er-
roꝛē ducantur etiā electi: vt conflenꝛ
⁊ eligantur ⁊ dealbentur vſq₃ ad tē-
pus ꝑfinitum. Quia poſt hoc tēpus
aliud tempus erit. Qꝺ dicit aliud tē-
pus erit / annus tertius crediꝛ vel pu
tatur. Sed melius iterim putatur q̃₃
creditur. Nota pꝛudens lectoꝛ oꝛdi-
nem viſionis ⁊ vide q̃₃ clarum ſit qꝺ
in pꝛincipio videbatur obſcurum. A
pꝛincipio nāq₃ putabatur fieri ſermo
de duobus regibus paganis. Et ec-
ce nūc habemus teſtamētum ſanctū
⁊ electos ⁊ ſanctuariū ⁊ alia quedā
que regem auſtri ⁊ regem aquilonis
Chꝛiſtū ⁊ antichꝛiſtum deum ⁊ dia-
boluꝫ eſſe docent. Sequitur. ⁊ faciet
iuxta voluntatē ſuam Rex aqlonis ⁊
eleuabiꝛ ⁊ magnificabitur aduerſus
omnem deum / ⁊ aduerſus deum deo
rum loquetur magnifica ⁊ dirigetur
donec impleatur iracundia: hoc eſt il
lud quod apoſtolus dicit. Qui extol
liꝛ ⁊ aduerſatur ſupꝛa oē qꝺ diciꝛ de⁹
ſcꝺe ad aut qꝺ coliꝛ: ita vt in tēplo dei ſedeat
theſ. 2. Oñdens ſe tanq̃₃ ſit deus. Un̄ ⁊ hic
ſubdiꝛ: ꝑpetrata eſt qppe diffinitio: ⁊
deū patrū ſuoꝝ nō reputabit ⁊ erit in
cōcupiſcētijs feminaꝝ nec qcq̃₃ deo-
rū curabit: deū aūt foꝛtitudinū in lo-
co ſuo venerabiꝛ: deū quem ignoꝛa-
uerunt patres eius tollet ⁊ colet illud
auro ⁊ argēto ⁊ lapide ꝑcioſo rebuſq₃
ꝑcioſis. Et faciet vt muniat moaçiꝫ
cum deo alieno quē nō cognouit: ſi-
cut ſermo qui habitus eſt de rege au
ſtri tranſlatus eſt ad plantationē que
ſtetit de ſemine radicis ei⁹ / ita vt ipa
plantatio rex auſtri diceretur ⁊ eſſet:
haud dubiū: ꝙ ꝑ myſteriuꝫ aſſumpte
humanitatis in deum / ita ſermo ha-
bitus de rege aquilonis tranſlat⁹ eſt
ad antichꝛiſtum. Cui multa conueni
re poſſunt tanq̃₃ vero hoi ⁊ ex hoie
nato. Que ſerpenti illi antiquo qui
dictus eſt diabolus non conueniunt.
Quod ergo dictū eſt i hoc loco de re
ge aqlonis: nō ad ipſum antiquū ho
ſtem ſimpliciter referēdū eſt: ſed ma-
gis ad antichꝛiſtū. In quo / quaſi in
domo ꝓpꝛia ipſe diabolus habitabit.
Et quod dicit: deuꝫ autem foꝛtitudi
num Moaçim in loco ſuo venerabi
tur / fieri pōt. vt ſicut enim Impera-
toꝛ conſtituit ſtatuam quā ꝑcepit ve-
nerari in memoꝛiā ſuā: ita faciet etiā
ipſe / conſtituit pꝛophanum idolū ad
honoꝛem diaboli ⁊ ſuiipſius. Colet
enim diabolum in deum / vt ipſe pa-
riter colatur cum ipſo. Et notanduꝫ:
ꝙ in eo quod ait: ⁊ deum quē ignoꝛa
uerunt patres eius colet. Aperte da-
tur itelligi ꝙ filius erit hominis chꝛi
ſtiani: iuxta illud Joānis euāgeliſte /
ex nobis ꝓderunt: ſed nō erāt ex no-
bis. Etſi diuerſi diuerſa opinentur ⁊ 1. Jo. 2.
dicant: ⁊ hec quidem faciet ad glo-
riam diaboli ⁊ ſuiipſius. Cap. 117^m.

Ceteꝝ de glia mēbꝛoꝝ ſuoꝝ
⁊ ꝺ ꝑlio q̃rti tꝑis qꝺ ceteris
ꝑcūtib⁹ dabit finē: ꝯſequēꝛ
adiūctū ē ⁊ mltiplicabit gliā
⁊ dabit eis ⁊ diuidet terrā g̃tuito ⁊ i
tꝑe ꝑfinito ꝑliabiꝛ aduerſus eum rex
auſtri ⁊ q̃ſi tēpeſtas vēiet ꝯ illū. Rex
aqlonis i currib⁹ ⁊ eqtib⁹ ⁊ i claſſe ma
gna ⁊ igrediēꝛ tras ⁊ ꝯteret ⁊ ꝑtran
ſiet ⁊ itrabit i trā glioſā ⁊ mlti coꝛru
ent: hee āt ſole ſaluabūꝛ ꝺ manu ei⁹.
Edom ⁊ Moab: ⁊ ꝑn^m filioꝝ āmon:
⁊ mittet manuꝫ ſuā in terras ⁊ terra

Universidad de Deusto Biblioteca

egypti non effugiet / ⁊ dominabitur
theſauroꝛum auri ⁊ argenti/ ⁊ in o-
mnibus pꝛecioſis Egypti : per Li-
byas quoque / ⁊ Ethiopias tranſi-
bit / ⁊ fama turbabit eum ab oꝛien-
te ⁊ aquilone/ ⁊ veniet in multitudi
ne magna vt conterat/ ⁊ interficiat
plurimos/ ⁊ figet tabernaculum ſuū
apud domin inter maria ſuper mon-
tem inclytum ⁊ ſanctū: ⁊ veniet vſqꝫ
ad ſummitatem eius ⁊ nemo auxilia
bitur ei. Hec omnia vtrum ad litterā
complenda ſint an in ſpiritu: vtrum
pars ſm̄ litteram ⁊ altera ſm̄ ſpūm.
videant illi qui pꝛeſentes erunt . Et
quoꝛum auditui vexatio dare pote-
rit intellectum. Creditur autem ꝙ tē
pus pꝛefinitum de quo ait: ⁊ in tem-
poꝛe pꝛefinito pꝛeliabitur aduerſus
eum rex auſtri ipſum ſit dimidium tē
poꝛis/in cuius conſummatione ceſ-
ſabit imperiū antichꝛiſti. Sequitur.
In tempoꝛe autēꝫ illo conſurget mi
chael pꝛinceps magnus qui ſtat pꝛo
filijs populi tui : ⁊ veniet tēpus qua
le non fuit ex eo ex quo gētes eſſe ce
perunt vſque ad tempus illud. Mi-
chael pꝛinceps populi domini Ro-
manus pontifex eſt/qui ita manebit
in diſcrimie/quo modo Mardoche
us ſub Aman. Aut ſicut Judas mac
cabeus in dieb⁹ Antiochi. Quibus
peractis ⁊ ſopitis/ac ſi de monumē-
to conſurget. Et veniet inquit tem-
pus/quale nō fuit/ex quo homines
eſſe ceperunt vſqꝫ ad tempus illud/
quale tempus? bonum bonis: ⁊ ma-
lum malis. De quo videlicet tempo
re ſubſequenter adiungitur. Et in tē
poꝛe illo ſaluabitur populus tuus/
omnis/qui inuentus fuerit in libꝛo
vite ſcriptus. Cum ſuperius dicat fi-
lij pꝛeuaricatoꝛum populi tui: extol-
lentur vt impleant viſionem ⁊ coꝛru
ent/quid eſt / ꝙ modo ſalus electis
iudeoꝛum pꝛomittitur/niſi quia per
acta illa tribulatione plenius conuer
tentur ad deum? Si quis autem poſt
tribulationem iſtam/mox ſequi exti-
mat finem mundi: ⁊ non potius fi-
nem tempoꝛuꝫ laboꝛioſoꝛum pꝛo eo
ꝙ ſequitur. Et multi ex hijs qui doꝛ-
miunt in terre puluere euigilabunt.
alij in vitam eternam/alij in oppꝛo-
bꝛiū/vt videant ſemper. videat non
eſſe ſententie alicuius doctoꝛis: nec
pꝛopter verbum iſtud eſſe hoc abſur
dum putandum: quia ⁊ plerunqꝫ ſi-
mul dicitur/quod non ſimul fit. Se-
quitur. Qui autem docti fuerint ful-
gebunt quaſi ſplendoꝛ firmamenti/
⁊ qui ad iuſtitiam erudiunt multos/
erunt quaſi ſtelle in perpetuas eter-
nitates. Quare iſtud ? quia ſanctis
qui in illo tempoꝛe futuri ſunt/nuda
erunt omnia ⁊ manifeſta. Non eniꝫ
erit adhuc tempus lie laboꝛioſe que
eſt lippis oculis: ſed tempus Rache
lis venuſte faciei ⁊ decoꝛi aſpectus.
Jam enim videre incipient facie ad
faciem/ea que antiqui patres noſtri
viderunt per ſpeculum in enigmate:
quia iam deleta erit iniquitas in po-
pulo dī/ ⁊ ſtatuta iuſtitia ſempiterna:
quia iam regnabunt ſancti dei/ ⁊ de-
leti erunt impij a facie terre. In tem
poꝛe quoqꝫ illo dicetur veraciter ab
electis/quod in pſalmo cantauim⁹.
Hec dies quam fecit dominus: exul- ps. 117
temus ⁊ letemur in ea. Et quamuis
hoc pꝛopꝛie de die vel tempoꝛe octa
uo dictū ſit: tamen ⁊ de ſeptimo non
incongrue dici poteſt: quia ſcriptum
eſt. Benedixit diei ſeptime/ ⁊ ſancti- Geñ. 1.
ficauit illum . Hunc etenim diem in
tuebatur pꝛopheta quando dicebat.
Gaudium onagroꝛum paſcua gre- Iſa. 32.
gum donec effundatur ſuper nos ſpi
ritus de excelſis . Et erit deſertum
in Chermel ⁊ habitabit in ſolitudi-
ne/iudicium ⁊ iuſtitiam in Chermel
ſedebit. Et erit op⁹ iuſtitie pax ⁊ cul-
tus



tus iuſtitie/ ſilentiuꝫ ⁊ ſecuritas vſqꝫ
in ſempiternum: ⁊ ſedebit populus
meus in pulchꝛitudine pacis / ⁊ in
tabernaculis fiducie/ ⁊ requie opu-
lenta. Gaudium inquit onagroꝛum
paſcua gregum donec effundatur ſu
per nos ſpiritus de excelſo. Cōſum-
mato tempoꝛe quadrageſimali/ qꝺ
reputatur in ſextum diem: ſequitur
tempus paſchale in quo effuſum eſt
ſuper apoſtolos donum ſpiritus ſan
cti in ipſo ſcilicet die paſche qui cuꝫ
ſeptem hebdomadis ſuis reputatur
in ſab batum lꝫ ſollennius ⁊ pleni-
us in die pentecoſtes. Quia videli-
cet conſummato hoc tempoꝛe labo-
rioſo quod dicitur ſexta etas/hoc eſt
ab aduentu pꝛimo domini vſque ad
ruinam antichꝛiſti/ſeqtur quaſi tem
pus paſchale/quod reputabit in ſab
batum: in quo abundantius effun-
detur ſuper electos dei ſpiritus de
excelſo. Et erit pax ⁊ veritas in vni
uerſa terra. Gaudium ergo onagro-
rum ſunt paſcua greguꝫ donec effun
datur ſuper nos ſpiritus de excelſo.
Quia tamdiu viri ſpirituales qui de
ſignantur in onagris gaudent in pa
ſcuis ſcripturarum/ quamdiu abun-
dantiam illam ſpiritus non habent.
Cuꝫ autem aduenerit tempus illud
ſuperueniente illa plenitudine huiuſ
cemodi ſtudia ⁊ laboꝛes ceſſabunt.
conſummabitur quoqꝫ in illa die id
quod ipſemet dicit/ ⁊ alius pꝛophe-
Iſa . 2. ta poſt ipſum. Erit in nouiſſimis die
bus pꝛeparatus mons domus do-
mini in vertice montium: ⁊ eleuabi-
tur ſuper omnes colles/ ⁊ fluent ad
eum omnes gentes. Et ibunt popu-
li multi ⁊ dicēt. Uenite aſcendamus
ad mōtem domini/ ⁊ ad domum dei
Jacob: ⁊ docebit nos vias ſuas / ⁊
ambulabim⁹ in ſemitis eius. Quia
de ſyon exibit lex/ ⁊ verbum domi-
ni de hieruſalem: ⁊ iudicabit gentes
⁊ arguet populos multos: ⁊ confla-
bunt gladios ſuos in vomeres/ ⁊ lā-
ceas ſuas in falces . Nō leuabit gēs
contra gentem gladium/nec exerce
buntur vltra ad pꝛelium. In die illa Cap. 31
complebitur ſm̄ totū pꝛophetia Hie
remie que completa eſt ſm̄ partem
in aduentu ſaluatoꝛis dicentis. Ec-
ce dies veniunt dicit dominus/ ⁊ fe-
riam domui iſrael/ ⁊ domui Juda fe
dus nouum: non ſm̄ pactum quod
pepigi cum patribus eoꝛum in die
quando appꝛehendi manum eoꝛuꝫ/
vt educerem eos de terra egypti/ pa
ctum quod irritum fecerunt. Et ego
dominatus ſum eoꝛum dicit domi-
nus. Sed hoc erit pactum quod fe-
riam cum domo iſrael poſt dies il-
los dicit dominus . ¶ Dabo legem
meam in viſceribus eoꝛum/ ⁊ in coꝛ
de eoꝛum ſcribam eaꝫ. Et ero eis in
deum/ ⁊ ipſi erunt mihi in populuꝫ/
⁊ non docebit vir pꝛoximum ſuum/
⁊ vir fratrem ſuuꝫ dicens: cognoſce
dominum/quia omnes: cognoſcent
me a minimo vſqꝫ ad maximum eo-
rum ait dominus: quia pꝛopitiaboꝛ
iniquitati eoꝛū ⁊ peccati eoꝛum non
memoꝛaboꝛ amplius. Hoc eſt enim
illud quod apoſtolus ait. Cecitas ex ad ro.
parte contigit in iſrael donec pleni- 9.11.
tudo gentium intraret: ⁊ ſic omnis
iſrael ſaluus fieret. Scriptum eſt. Ue
niet ex ſyon qui auertat ⁊ eripiat im
pietatem a Jacob/ ⁊ hoc a me illis
teſtimonium. Cum abſtulero pecca-
ta eoꝛum. De hoc tempoꝛe ⁊ de hac
conuerſione iſrael Ezechiel quoque
dicit. Cum ſanctificatus fuero in vo cap. 36
bis coꝛam eis tollam quippe vos de
gentibus/ ⁊ congregabo de vniuer/
ſis terris / ⁊ adducam ſuper vos a-
quam mundam/ ⁊ mundabimini ab
omnibus inquinamentis veſtris/ ⁊
ab omnibus idolis veſtris munda-
bo vos/ ⁊ dabo vobis coꝛ nouum/ ⁊

Universidad de Deusto Biblioteca



ſpiritum nouuʒ ponam in medio ve
ſtri. Et faciam vt in preceptis meis
ambuletis/⁊ iudicia cuſtodiatis / ⁊
operemini/⁊ habitetis in terra quã
dedi patribus veſtris/ ⁊ eritis mihi
in populum/⁊ ego ero vobis in de-
um: ⁊ lauabo vos ab vniuerſis iqui
namentis veſtris:⁊ vocabo frumen
tum/⁊ multiplicabo illud/⁊ non im
ponam famem vobis/⁊ multiplica-
bo fructum ligni/ ⁊ genimina agri/
vt non portetis vltra opprobriuʒ fa
mis in gentibus / ⁊ recordabimini
viarum veſtrarum peſſimarum ſtudi
orumqꝫ non bonorum . Et diſplice-
bunt vobis ſcelera veſtra/⁊ iniquita
cap.37. tes veſtre. Et poſt aliqua. Ecce ego
aſſumam filios Jſrael de medio na-
tionum ad quas abierunt:⁊ congre
gabo vos vndique/⁊ adducam eos
ad humum ſuaʒ. Et faciam eos gen
tem vnam in terra in montibus iſra
el. Et rex vnus erit omnibus impe-
rans/⁊ non erunt vltra due gentes
nec diuidentur amplius in duo re-
gna. Et ſeruus meꝰ rex Dauid ſup
eos ⁊ paſtor vnus erit oium eorum.
in iudicijs ambulabũt meis: ⁊ man-
data mea cuſtodient/⁊ facient ea.
Et habitabo ſuper terram quã dedi
ſeruo meo Jacob:in qua habitaue-
runt patres veſtri:⁊ habitabunt ſu-
per eam ipſi/⁊ filij eorum/⁊ filij filio
rum eorum vſque in ſempiternum:
⁊ Dauid ſeruus meus princeps eo-
rum in perpetuum/⁊ percutiam illis
fedus pacis pactum ſempiternum
erit eis. Et fundabo eos ⁊ multipli-
cabo ⁊ dabo ſanctificationem meaʒ
in medio eoruʒ in perpetuum:⁊ erit
tabernaculum meuʒ in eis:⁊ ero eis
deus:⁊ ipſi erunt mihi in populum.
Hec omnia ſm ꝙ ſcripta ſunt / con-
ſummationem accipient:excepto ꝙ
terra que promittitur eis/intelligen
da eſt ſancta mater eccleſia / ⁊ Rex
Dauid Chriſtus Jeſus cui compe-
tit regnare in regno ſanctorum/ qui
ſolus pro eis moriens: de peccatori-
bus ſanctos ⁊ iuſtos fecit. Uerum dañ.12.
hec omnia dicta ſunt: vt ſciremus
quanta ſit felicitas illius ſtatus / in
qua fulgebunt qui docti erunt/qua-
ſi ſplendor firmamenti/⁊ quaſi ſtel-
le in ꝑpetuas eternitates. Cap.118m.

SEquitur auteʒ in preſcripta vi-
ſione. Tu autem Daniel clau-
de ⁊ ſigna librum vſqꝫ ad tem
pus ſtatutum . Pertranſibunt
plurimi:⁊ multiplex erit ſcientia. Et
vidi ego Daniel. Et ecce quaſi duo
viri ſtabant. Unus hinc ſuper ripam
fluminis. Et dixi viro qui indutus
erat lineis/qui ſtabat ſup aquas flu-
minis. Uſquequo finis horum mi-
rabilium:⁊ audiui virum qui indu-
tus erat lineis qui ſtabat ſuper aquã
fluminis/cum leuaſſet dexteram ⁊ ſi
niſtram ſuam in celum ⁊ iuraſſet per
viuentem in eternum . Quod in tẽ-
pus ⁊ tempora/⁊ dimidium tempo-
ris:⁊ cum completa fuerit diſperſio
manus populi ſancti complebuntur
vniuerſa hec. Uerba hec Danielis
vltima/ita a lectore huius operis pẽ
ſari vellem/vt quicquid a principio
huius operis vſque huc late diffu-
ſeqꝫ contulimus ſub vno quambre-
ui coartaremus ſermone. Nihil eni
nos aliud intimaſſe credimus / niſi
hoc quod ſonat verſiculus ille:in tẽ
pus ⁊ tempora/⁊ dimidium tempo-
ris omnium iſtorum mirabilium fi-
nem. Sed ⁊ ſermones ſignati vſque
ad tempus ſtatutum : hoc eſt vſque
ad ſextum ſignaculum:quia ſicut iã
per multas vices nos dixiſſe memi-
nimus in hijs quadragintaduabus
generationibus ſeptem ſignacula cõ
tinentur / nihilqꝫ eſt aliud dicere: dañ.12.
in tempus/⁊ tempora/ ⁊ dimidium
temporis complebuntur omnia mi-
rabilia



rabilia eius qꝫ illud quod ſub ſexto
Apo.10 angelo tuba canente alter angelus/
aut forte vnus ⁊ idem ait:tempus
iam non erit amplius/ſed in voce ſe
ptimi angeli cum ceperit tuba cane-
re conſummabitur myſterium dei.
O mira concordia ſub ſexto ſigna-
culo legitur angelus iuraſſe hoc in
veteri. Et ſub ſexti apertione in no-
uo:⁊ lꝫ diuerſis verbis vnam tamẽ
protulere ſententiam. Daniel nanqꝫ
dicit: dixi viro qui indutus erat line
is qui ſtabat ſuper aquam fluminis/
vſquequo finis horum mirabilium.
Et audiui virum qui indutus erat li
neis qui ſtabat ſuper aquam flumi-
nis. Cum leuaſſet dexteram ⁊ ſini-
ſtram ſuam in celum / ⁊ iuraſſet per
viuentem in eternum/quia in tem-
pus ⁊ tempora/⁊ dimidium tempo-
ris. Joãnes vͦo ſic. Et angelus quẽ
vidi ſtantem ſupra mare:⁊ ſuper ter
ram leuauit manum ſuam ad celum
⁊ iurauit per viuentem in ſecula ſe-
culorum qui creauit celum ⁊ ea que
in eo ſũt/quia tempus amplius non
erit. Sed in diebus vocis ſeptimi an
geli/cuʒ ceperit tuba canere conſum
mabitur myſteriuʒ dei/ſicut euange
lizauit ꝑ ſeruos ſuos ꝓphetas:nunc
igit̃ conſiderare eſt diligenter ꝙ nu-
merus iſte in ſeptem ſignaculis con
tinetur/ita vt non ſit amplius tem-
pus conſummandi alicuius myſte-
rij/ſed conſummabuntur omnia in
diebus vocis ſeptimi angeli . Sane
reliquum tempus erit pacis. Si que
ris dierum numeruʒ/ non eſt meum
dicere/neque ſcire quod nobis da-
tum eſt hoc ſoluimus.ſignati fuerũt
ſermones quos numerus iſte conti-
nebat. Sufficit nobis ꝙ hijs diebus
etſi indignis meritis/ſaltem ex par-
te aliqua ceperint aperiri . Nec for-
tuitu hoc ſiue fruſtra : ſed quia nulli
fuit hominuʒ generationi/ſicut hijs
temporibus neceſſarium. Nam ⁊ li-
ber quem beatus Joannes clauſuʒ
viderat in pricipio/in manu ſexti an
geli deſignatur apertus. Nec preter
intelligentie ordinem ille angelus ſi
ue vir qui iurauit ſub ſexto tempore
dixit/quod clauſi erant ⁊ ſignati ſer
mones vſque ad tempus prefinituʒ
ipſe aut eius ſimilis ſi tamen nõ ipſe
eſt chriſtus hoc in ſexto tempore ⁊
ipſe in manibus librum fert apertũ.
Uirtus autẽ(vt iaʒ diximus)huius
numeri in ſeptẽnario cõſiſtit/⁊ plus
habet virtutis qꝫ exprimere lingua
poſſimus. Namqꝫ vt ſupra ſcripſimꝰ
in hoc opere ab Adam vſque ad Ja
cob fuere generationes.21.a Jacob
vͦo vſque ad chriſtum generationes
quadragitadue. Similiter ab Ozia
vſque ad chriſtum generationes.21.
⁊ a chriſto vſque ad tempus huius
tyranni / ſicut noſtra tenet opinio/
quaſi quadragintadue. Jſte quadra
gintadue generatões tricenarij ſunt
annorum/⁊ dicuntur menſes qua-
dragintaduo ſiue dies.1260.ſiue tẽ-
pus ⁊ tempora/⁊ dimidium tempo
ris. Jſte quadragintadue generatio
nes que ſpiritales ſunt/non fuerunt
ſcripte in libris/quia future erant eo
tẽpore quo condita fuit ſcriptura no
ui teſtamenti/ſed ꝑ eis poſuit Mat.
generatiões q̃dragintaduas ſm car
nem . Sunt autem ab Adam ſimul
omnes/vſqꝫ ad annum milleſimum
ducenteſimum incarnationis domi-
nice generationes/cẽtum quinque:
qꝫuis due vltime incerti ſint tempo-
ris ⁊ momenti. Sane concordia nul
la inueniri poteſt ſine numero iſto q
continet in ſe tempus ⁊ tempora ⁊
dimidiuʒ tp̄is:hoc eſt generationes
42e. Ut eni non pigeat cõpilare que
in ſecũdo libro huius op̄is ſatis eſt Geñ.3.
ꝓlixe digeſtum.ab Adã vſqꝫ ad ama 2.para.
ſiã gñatiões ſunt quadragintadue. 26.

Universidad de De
Biblio

⁊ ideo in Oçia qui eſt q̃dragesimuſ-
terti⁹ requirēda eſt concoꝛdia ab A-
dam. Nam Adaꝫ qꝛ voluit aſſimila
ri dijs percuſſus lepꝛa peccati/expul
ſus eſt de gaudijs paradiſi. Oçias
quia vſurpauit officiuꝫ ſacerdotij ele
phantino moꝛbo percuſſus de do-
mo Domini expulſus eſt. Eua pri-
ma parens coꝛrupta ſuggeſtiōe ſer-
pentis / genuit coꝛruptionis filios.
inſurrexerunt alter in alterum: ⁊ im
pius occidit inocentem. In diebus
quoqꝫ Oçie fuit in Italia Rea ſyluia
virgo carne non ſpiritu/que nouiſſi-
me ſtupꝛata peperit geminos: ⁊ pari
modo vt Caim Abel/pꝛimus tradif
interfeciſſe ſecūdū: ibi ergo inchoata
eſt babylon pꝛia. Hic initiata eſt ſecū
da. Nam pꝛimus lapis Babylonis
Caim: ⁊ ſi tempoꝛe alio inchoata ſit
hyſtoꝛia Babylon/illa ſcilicet que ce
mento ⁊ lapidibus conſtructa eſt. Il
la enim Babylon tempoꝛalis fuit ⁊
hominem habuit fundatoꝛem: que
autem viſura eſt confuſioneꝫ eternā
a patre mendacij qui ab initio homi
cida/fundata eſt: ⁊ ideo que eſſet pꝛi
mus lapis ipſius / hominem reperit
homicidam. ¶ Plebs illa electoꝛuꝫ
antiqua que ſignificata eſt in Sara/
dicitur in ſpiritu Hieruſalem: ⁊ nihil
ominus eccleſia gentium ſignificata
in Rebeccha: ⁊ tamen vtraqꝫ ſimul
vna Hieruſalē. Sic multitudo repꝛo
boꝛum ab initio tempoꝛum vſqꝫ ad
Chꝛiſtum dicenda eſt Babylon. Et
multo amplius innumera multitudo
falſoꝛum chꝛiſtianoꝝ ⁊ tamen vtraqꝫ
ſimul vna Babylon. ¶ Secundum
vͦo concoꝛdie terminū requirit Sem
filius Noe. Sub quo factū eſt gene-
rale diluuium. Ab hoc vͦo vſqꝫ ad Sa
lathiel/generationes q̃dragintadue
quibus completis ⁊ generatiōe qua
drageſimatertia inchoata inundauit
diluuium nationum medoꝛum: ſcili-
cet ⁊ perſarum ⁊ aliarum gentium a
quibus obꝛuta eſt foꝛnicaria Baby-
lon/ſicut abſoꝛti ſunt a diluuio foꝛni-
catoꝛes pꝛime etatis. ¶ Tertiam cō-
coꝛdiam requirit Jacob qui genuit
duodecim patriarchas/ab hoc vſqꝫ
ad Joſeph generationes quadragin
tadue. Inchoata vͦo quadrageſima-
tertia natus eſt Chꝛiſtus qui ⁊ ipſe
duodecim apoſtolos ſpiritualiter ge-
nuit. ¶ Quartam concoꝛdiam requi
rit Dauid ſub quo ſublimata eſt in re
gnum Hieruſalem: ab hoc vſqꝫ ad tē
poꝛa Conſtantini generationes qua
dragintadue: inchoata vͦo generatio
ne quadrageſimatertia ſublimata eſt
in regnū noua Hieruſalem: ſancta. ſ.
romana eccleſia que ē mater omniuꝫ
fidelium ⁊ eccleſiarum. ¶ Quintam
concoꝛdiam requirit Açarias qui ⁊
Oçias: binomius enim erat ⁊ ab ipo
vſqꝫ ad Chꝛiſtum duplex eſt cauſa cō
coꝛdie. Sub hoc aſſyrioꝛuꝫ reges ce-
perunt depopulari decem tribus: ab
hoc vſqꝫ ad tempoꝛa Eradij genera
tiones quadragintadue. Inchoata
vͦo quadrageſimatertia ceperunt exi
re ſaraceni de finibus ſuis ⁊ eccleſi-
as grecoꝛum que erant in egypto ⁊
Hieruſalem in circuitu in confuſione
redigere. ¶ Sextam concoꝛdiam re-
qrit Sedechias ⁊ Jechonias in trāſ
migratione Babylonis. Circa quo-
rum tempoꝛa apparuerunt viſiones
Danieli: ⁊ ſecuta ſunt omnia mala q̄
in pꝛia ꝯcoꝛdia enumerauimus: hoc
eſt percuſſio babylonis: ⁊ tribulatio
nes ille quas continet liber Judith ⁊
Heſter: exinde vſqꝫ ad tempoꝛa iſta
generatiōes quadragintadue ſalua
ratione quā ſupꝛa ſcripſimus de ge-
nerationibus decē quas vet⁹ tacuit
teſtamentum: hoc eſt ab Abiud vſqꝫ
ad Joſeph. Nimirum qꝛ quod ibi ta
cetur/ concoꝛdiam cuꝫ nouo habere
non poteſt. Ita enim ſꝫ hoc exiſtimā
dum



dus eſt Zoꝛobabel q̃ſi ſi ſub ipſo chꝛi
ſtus veniret in munduꝫ. Nunc ergo
quadrageſima agitur gñatio: ⁊ ideo
tempus ſtatutū eſt/in quo clauſi ape
riantur ſermones. Quod ſi non ne-
gauit ille: qui dixit eſſe apiendos ſer
mones: ſed tempoꝛe ſtatuto aperien
dos videat qui iudicat de coꝛde ⁊ di
cit ipoſſibile/quod poſſibile veritas
eſſe pꝛomittit: ne foꝛte ſi omnes ta-
cent qꝛ nō creditur eſſe datum/inue-
niat nos repētina dies illa ſicut ⁊ ce-
teros/ ⁊ inuoluat pariter repꝛobos ⁊
electos. Uerumtamen ⁊ ſi aliqui au
dire nolunt/non ideo tamen tacere
debeo ne loquar quod loquendū ac
cepi. Quin potius quo ſurdioꝛes ſūt
aliqui eo altius clamare compelloꝛ/
vt ipſi potius q̃ꝫ ego erubeſcant in fi
ne. ¶ Dico enim ergo o fideles ⁊ ſe-
curus hoc dico. Numerus iſte tā ſol
lennis/citius q̃ꝫ putatur conſūmatio
nem accipiet. Non eſt amodo ꝙ ex-
pectare debeatis cōfugiat qui poteſt
ad arcā pꝛiuſq̃ꝫ magni diluuij voꝛax
aqua pꝛoſiliat de abyſſo: ⁊ apertis ca
taractis celi ſubita inundatio fiat.
Et dicatis quid eſt hoc: ⁊ non ſit qui
reſpondeat: ⁊ queratis effugium / ⁊
non ſit locus: ⁊ clametis ad dominū
⁊ nō ſit qui eruat: ⁊ pulſetis ad ianu
am/ ⁊ non ſit qui aperiat: effugiatis
ad montes/ ⁊ nō ſit licentia tranſeū-
d[illegible] finem itaqꝫ libꝛo/non ego ponam
ſed ipſe ſit/quem dominus poſuit h
[illegible] in tempus ⁊ tempoꝛa ⁊ dimidiuꝫ
tempoꝛis: hoc queſiuimus a pꝛinci-
pio operis ⁊ ꝑuenimus vſqꝫ ad ipm.
Ultra hoc ꝓcedere in hoc opere nec
opoꝛtet nec libet: hoc eſt enim tēpus
eccleſie ſub quo plenitudo tempoꝛū
opoꝛtet ingredi: vt pariens filiuꝫ ma
ſculum ingrediatur in templum. Si
autem queritis a me illud quod que
ſiuit Daniel ab eo qui ſibi hec oſten-
debat: domie mi/quid erit poſt hec.
Et beatus qui expectat ⁊ peruenit
vſqꝫ ad dies mille tercentos triginta
quinque. Unuꝫ dico ſecurius ꝙ hijs
completis myſterijs ſeptimus ange-
lus tuba canet ſub quo vniuerſa que
ſcripta ſunt complebuntur ſacra my
ſteria/ ⁊ erit tempus pacis in vniuer
ſa terra. de exhibendo vͦo myſterio
huius numeri/nemo mihi moleſtus
ſit: nemo me vltra ſtatutum limitem
tranſire compellat: potens eſt enim
deus clarioꝛa adhuc facere myſteria
ſua.

Cap. 119[m].

Conſūmato vͦo hoc opuſcu-
lo comitāte nos gratia chꝛi
ſti hijs qui me ꝑſumptoꝛem
⁊ non magis neceſſariuꝫ in
dicant per modicum reſpondere cō-
pelloꝛ ſuperne vtiqꝫ charitatis intui-
tu non humane gratie appetitu ſciēs
ſcriptum eſſe in pſalmoꝛum volumi-
ne. Dominus diſſipat oſſa eoꝛuꝫ qui
hominibus placent: quoniam deus
ſpꝛeuit eos. Sciant ergo / ⁊ hoc oꝛo
vt ſciant/non ex pꝛeſumptione ſuper
ba: ſed nec alicuius pietatis ſecurita
te/hec me attētare voluiſſe / aut mō
hoc ingenio vt iſta mundo loquerer
inueniſſe: ſed qꝛ tempus pꝛefinitum
adeſt. Is qui per diuerſa ſeculoꝛum
tempoꝛa multiplicia operatur ⁊ com
plet quo modo vult ⁊ quando vult
myſteria ſecretoꝛum ſuoꝛuꝫ voluit in
hoc opere neceſſarie magis q̃ꝫ curio
ſe/ſermones diu ſignificatos ſuis fi-
delibus aperire: non ꝙ digniores ſi-
mus/qꝛ iſta ſcimus: ſed vt ſciamus
quāta ſint nobis pꝛo meritis pꝛepa-
rata flagella: ⁊ ſi qs ē ex domo Loth
feſtinet elongari a finibus Sodo-
moꝛum. Si quis ex familia Noe reci
piatur inter eos qui ſaluantur in ar-
ca. Sancti erant illi quibus dictum
eſt: non eſt veſtrum ſcire tempoꝛa vel
momenta que pater poſuit in ſua po
teſtate. Sed quid illis hoc ſcire pꝛo-

Universidad de Deusto Biblioteca



derat/niſi ad aliquid ſcire: nobis autem quibus dictum eſt:cuꝫ videritis hec fieri ſcitote qꝛ prope eſt i ianuis/ nobis inq̃ꝫ qui videmus/ nó diſcipulis qui nó viderent:nec ad aliquá vanitatem datum eſt hec poſſe perpendere tanq̃ꝫ beatioꝛibꝰ ⁊ ad ſecretioꝛa vocatis/vl' tanq̃ꝫ neceſſarie habétibus ⁊ ad hoꝛa tendentibus artioꝛa iuxta illud quod legitur i pſalmo. Dediſti metuentibus te ſignificationem vt fugiant a facie arcus. Nó eſt ergo ꝙ affectemus laudes hominuꝫ aut fauoꝛis mercedem quod eſt impium cupere vel ſperare/ſed laboꝛis noſtri opera domino cómiſimus cópenſanda. Unum eſt:ꝙ lectoꝛé meũ ſi quis hec legere dignatur exoꝛo:q̃tenus pꝛo me omnipotenti deo/pꝛeces dignetur effundere copioſas/q̃tenus ſi me articulus dierum iſtoꝛuꝫ de quibus loquimur in carne repererit adhuc manentem/militiam boná pꝛo fide chꝛiſti militare concedat: ⁊ vna cũ Chꝛiſti cófeſſoꝛibus qui tunc erunt/ad regna celeſtia peruenire.

Amen.amen.amen.

Venetijs completum fuit hoc
opus per Simonem de
Luere.13.Apꝛilis.
.1519.

Regiſtrum.

a b c d e f g h i k l
m n o p q r s t v x y
z aa bb cc dd ee ff gg hh ij kk
ll mm Omnes ſunt duerni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca